












SACRA RITUUM CONGREGATIONE

Emo, & Rmo Domino

CARDINALI CARACCIOLO

EPISCOPO PRÆNESTINO

R E L A T O R E

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VENERABILIS SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris
ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum

NOVISSIMA POSITIO SUPER MIRACULIS.





ROMÆ MDCCCXV.

Ex Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ.

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SS. Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

FACTUM CONCORDATUM

Postquam Nonis Maiis MDCCCVII., die Redemptori Nostro in Coelum ascenso sacratissima, SANCTITAS TUA PIE PONTIFEX MAXIME irrefragabili Decreto VENERABILEM ALPHONSUM MARIAM DE LIGORIO in Christianis exercendis Virtutibus Heroem declaravit; illud restabat unum juxta Statuta Canonum, ut quæstio de Miraculis ejus intercessione patratis institueretur.

Itaque die 25. *Septembris anni* 1809. habita fuit de propositis Miraculis Congregatio, quæ dicitur Antepræparatoria, in qua Consultores suffragati fuere.

Alterum item de eisdem Miraculis instauratum fuit examen in Præparatoriis Comitiis *die* 28. *Februarii* 1815. coactis in Palatio Apostolico Quirinali.

Quæ quum ita sint nil modo superest aliud, nisi ut de eadem re Congregatio Generalis coram SANCTITATE TUA habeatur. Quo circa sequens propono Dubium jam antea cum Reverendo Patre Promotore Fidei concordatum, quod hac inscribitur forma

Dubium = *An, & de quibus Miraculis constet, in casu, & ad effectum de quo agitur?*

I. D. CARDINALIS CARACCIOLO Ponens

1

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VENERABILIS SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum

NOVISSIMÆ

ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu, & ad effectum de quo agitur?

BEATISSIME PATER

Cum primum ad exornandam mei muneris Spartam; calamum arripio, PIE Pontifex Maxime, ut illustriora Ven. Antistitis *ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO*, miracula *tertium* ad examen revocare contendam more Majorum post Comitia Praeparatoria diei 28. Februarii labentis anni, nil opportunius, antequam de Prodigiis redeat oratio, sese offert, quam ea cursim annotare, quae difficillimis Summi Tui Apostolatus temporibus D. O. M. sub omnium oculis operatus est ad Christianae Reipublicae confirmationem.

Quis enim inter Prodigia recensere, posterisque tradere neglexerit, quod jactatus undique licet lustri fere decursu, ex una tandem vi Dexterae Excelsi, ac Tuarum virtutum praesidio, post infandam captivitatis Iliadem, Incolumis ad Petri Cathedram ex insperato restitutus fueris? Quis non sibi suaserit animo, fractis mirabiliter vinculis Fonte Blaudi ad instar Principis Apostolorum, eumdem Tutelarem Angelum, qui Divi Petri adstiterat lateri divinitus illius Successorem ad propria reduxisse?

A Cum

Cum vero Supernae Portentorum rationi visibiles perpetim respondeant Religionis effectus, hinc factum est, ut quamvis diutina rerum omnium conversio, maximum moralis disciplinae sanctitati vulnus inflixerit, vix tamen suscepti per Te itineris ad Urbem, fama percrebuit, statim Praesentia Tua, quae unas tantummodo fidem, mansuetudinem, ac paupertatem, socias habebat, degeneres ubique locorum ad bonam frugem allexit, morigerosque confirmavit in charitate; atque hinc pariter evenit ut quo humilior Peregrinatio foret; eo mirabilior fuerit per Galliam, Italiamque Populorum occursus, adventum universalis Ecclesiae Antistitis cum omni honore celebrantium, ac si omnium auribus Isaiae vox personarit = *Ego ante Te ibo* . . . . *cap. 45. vers. 2.*

Testis temporum exemplo caret eorum, quae in Urbe perspecta sunt in fausta illa nunquam peritura die felicis Ingressus optatissimi sui Principis, quae post solis occasum, tenebras haud experta est ex centenis facularum millibus undique rutilantium; tunc enim tantus erupit, Beatissime Pater, Subditorum amor, ac veneratio, ut difficile dictu sit, quinam fuerint animorum motus, ac laetitiae indicia, vultu, oculis prae gaudio madentibus ulnisque ad Coelum sublatis pandita in gratiarum actionem, cum Te non quadrupedantium sonitus, sed selectorum Juvenum Romanorum pectora, longo ad Quirinales Ædes, itinere triumphali Rheda traduxerunt; post susceptos ad gratulandum extra Pontem Milvium Proceres regali dignitate, ac summa pietate praeditos Romae degentes; Visum est enim reducem fecisse fœderis Arcam, quae recentium malorum memoriam penitus penitusque delevit.

Quod si postmodum ex humanarum rerum providentia, divino pene consilio antequam Syderum cursus obsignaret annum Feria Sanctioris Hebdomadae tertia, repente Urbe relicta, solemni Deiparae Virginis Savonensis coronae Impositio inde Pater Sanctissime adumbrata, Te illuc revocavit, unde olim Extorris discesseras, mirabiliora maturanda supererant; nec spem fefellit eventus. Religiosa interim, & supra quam dici potest, exquisita pompa *per Etruriam, Liguriam* praesertim, *Augustamque Taurinorum* undique exceptus, cunctos Paternae benignitatis affectu, ferventiori Religionis zelo percitos dimisisti, ut denuo properans Urbem versus, ad liberandam Fidem proximi reditus subditis datam, alterum universalis laetitiae diem Septimo Idus Junias, suppari Romanorum exultatione, signares.

Jam vero cum post tot discrimina rerum, hodierna die, indelebili Clementiae Tuae beneficio, mihi datum sit, post intercaeptum hujus actionis periculum, quaestionem quasi postliminio instituere de Miraculis, quae Ven. Alphonso Maria de Ligorio intercessore patrata fuisse a Postulatoribus dicuntur, hinc nonnulla, pro muneris ratione, Supremo Sanctitatis Tuae Oraculo subiiciam, quae adversus illorum praestantiam ab aliquibus Patribus una mecum animadversa fuisse comperies; quod si mea me fallet opinio ex novis vindiciis oportune parandis, primus omnium in obsequium Fidei, patrocinium Ejus, qui jam heroicis Virtutibus eminet, implorare non desinam.

MI-

MIRACULUM I

Subitæ perfectæque Restitutionis Mammillæ cum papilla ob ulcus gangrænosum magna ex parte pridie abscissæ MAGDALENÆ DE NUNZIO.

1 Ita ne vero, si ea, qua decet, gravitate, ne latum quidem unguem recedendum sit ab inscriptis Tituli verbis, eademque capienda sint, ut in epigraphe jacent? Vereor rem aliter se habere, ex quo non immerito superiores animadversiones Papillae abscissionem, ejusque portentosam restitutionem in discrimen adduxerint, atque anceps aliquorum Patrum fuerit judicium. Cum itaque suppetias ferre pro munere debeam his, quae jam dicta sunt, ab eadem Sententia recedere nequeo; si ad probationes ipsas etenim & vindicias huc usque in lucem editas oculos convertam, alterutrasque ad incudem revocem, primum Miraculi extremum in tota, qua late patet sui praestantia adhuc nutare videtur.

2 Nonnihil commoveor initio dicendi, quod cum Postulatores viderint, rem esse de Miraculo fere primi ordinis juxta illorum sensum, examen neglexerint tamen eorum, qui maxime ad prodigii demonstrationem vocari debuissent, Parentes scilicet omnes & Consanguinei = *Qui ut plurimum prae caeteris conscii tum morbi, tum sanitatis, & modi, quo sanitas ipsa habita est = Benedictus XIV. de Beatific. & Canoniz. Serv. Dei lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 12., nec non juxta id quod in sacris paginis habet *Div. Joan. cap.* 9. *vers.* 18. = *non crediderunt ergo Judaei de illo, qui caecus fuisset, & vidisset, donec venerunt Parentes ejus, qui viderant, & interrogaverunt eos* = Inter hos aderant *Birgitta Quarantella* Sanatæ Socrus, quae Matris vices in re angusta Domi plerumque tenet. Ea namque = *Si trovò presente al Fatto = Sum. pag.* 6. *num.* 26.

3 Ad hujusmodi defectum non levis notae obtegendum, parum proderit forsan ad illius obitum confugere secutum, antequam caeteri Testes examini fuerint subjecti; latet primum quo die & consule ad plures commigrarit *Birgitta Quarantella*; Patet vero, eam ordinarii Processus tempore in Apostolicum deinde compulsati, & in quem commode referri poterat illius depositio, in humanis fuisse; ex una hinc Postulatorum incuria factum est, quominus neglectum fuerit illius Testimonium, ex quo substantiales Facti circumstantiae erui potuissent. Illius itaque omissio, aut suspicione non vacat, aut probationum ab exteris Muliercu-lis quaesitarum fidem quamplurimam elevat.

4 Inter omissionis defectus denique dolet, recensendum esse illud, quod nemo unquam neglexit, scilicet Testimonium Curæ Medici Joannis Baptistæ Orlando, qui post sex annorum intercapedinem senio confectus, & in lecto jacens *fortuito* percunctatus fuit a Physico de Nunzio = *Incaricato NON SO da quale Individuo della Congregazione del SSmo Redentore, che si fosse informato con precisione del Miracolo = Summ. pag.* 7. *in fin.* Si ex Testibus roga-

rogatis tam in processu Nucerino, quam in altero S. Agathæ Gothorum Apostolica auctoritate composito multiplex illa abesset in præclariori miraculi adjuncto discrepantia, atque anilis fabula dissolutionis spleniorum ab Orlando expletæ, quæ improbatam reddunt Papillæ amputationem, ejusque instantaneam reproductionem cum reliqua parte uberis excisi ad refrænandum Gangrænæ cursum, haud officeret omissa rogatio Medici vulneratoris, sed quum probationes directæ inibi deficiant in eam rem, vix agi potest de miraculosa morbi sanatione Magdalenæ De Nunzio juxta illius inscriptionem (a). Adeo enim ad Medicorum judicium pertinet sanatio Morbi, ut si Professorum examen fuerit omissum, etiamsi ideo deficiat, quia Medicus, qui infirmitatem curavit, non amplius in hac rerum universitate maneret, nihilominus ex defectu probationis miraculum sit reijciendum *Benedictus XIV. in cit. Oper. Lib.3. cap. 3. num.8.*

5 Quod si epigraphen assertores teneant, haud defuisse examen Curæ Medici, ejusque vices gerere relationem Physici De Nunzio, qui de auditu curationis historiam excepit ab ore ipsiusmet Medici Orlando de visu, & facto proprio loquentis, tunc statim reponam, quod si eadem in pretio haberi debet, in irritum cedant oportet Depositiones *Annæ Calzoni*, *Donatæ Negri*, atque *Josephi*, *& Francisci Fratrum Tozzi*, quorum aliqui explicite perhibent Papillam excisam fuisse, restitutamque extemplo vidisse; caeteri vero utrumque nunciare videntur. Redeant dicta de auditu Physici De Nunzio, qui eadem excepit ab eo, qui prima vice scalpro chirurgico Uberem abscessu in sinistra illius parte affectum laceravit ad exhibendum exitum humoribus putredine vitiatis, & in postrema emortuae carnis caesura non majorem Mammae partem abstulit, sed tantummodo = *Fu costretto a recidere una buona porzione della Mammella = Sum.pag.*8.§.39. Redeant denique verba Sanatae, quae Papillae amissionem signanter deflevisset utpote respicientem amantissimi Neonati levamen = *Nel giorno appresso essendo venuto di buon mattino lo stesso Professore . . . . . stimò, come fece, di tagliare con forbice tutta la parte mortificata, ed avendo poi replicate le sue visite a mezzo giorno di quella stessa giornata, ed avendone osservata altra parte mortificata, proseguì il taglio incominciato, arrivando al vivo della carne, e della spogna della Zinna*, *Sum.pag.*11. §§.55.& 56.

6 Teneamus hinc utriusque dicta, quorum significatione nitidius exclusa remanet Papillae amputatio, si ulterius animadvertatur Ægrotae Mammam ob lacteum abscessum in ejus parte laeva fuisse = *Assai mostruosamente cresciuta, e dilatata* = Adeo ut = *la Paziente non la poteva contenere tra la Camicia, e Giustacore, ond'era costretta portarla pendolone da fuori modestamente fasciata* = *Summ. pag.* 6. & 7. §.31. Verba itaque = *una buo-*

(a) Huic thesi inhærendum censuit ita ex Patribus alter, ut quamvis reformaretur Titulus in hæc verba: *Abscessu in sinistro ubere, & corrupta carne ob ulcus gangranosum iteratis vicibus cultro ablata absque Papillæ rescissione ejusque instantanea sanatione*: Adhuc tamen res maneret in integro, nec aliquod inde commodum forsan caperent Postulatores.

buona porzione della Mammella = egregie congruere videntur infirmo Mamillae statui = *assai mostruosamente cresciuta, e dilatata* = sed in laeva tantummodo parte, in qua: *una buona porzione* : stat relative ad auctam ultra modum uberis gangraenosi partem, excluditque suopte ingenio Papillae abscissionem. Si enim Medicus operarius, cui in re ad proprium munus spectante plena fides est adhibenda *Rot. in Fulginaten. Nullitatis Contractus* 2. *Martii* 1804. §. 8. *cor. R.P.D. Serlupi*, implicite Papillae comprehensionem innuere voluisset, dixisset utique Physico De Nunzio sese majorem uberis partem, non vero: *una buona porzione della Mammella* : amputare coactum fuisse ad praepediendum cangraenae progressum.

7 Integram ergo remansisse Papillam in medio uberis nos edocet Testimonium oretenus panditum ab Orlandio ex relatis ejus verbis, quae juxta communem loquendi morem satis aperte indigitant, caesuram haud excessisse dimidiam Mammae partem; secus enim vulnerata quoque fuisset aliquantulum pars dextera uberis, quae ab abscessu cangraenae immunis erat. Qui enim dicit = *una buona porzione* = quantitatem quandam designare intelligit infra medietatem tamen rei, de qua sermonem habet, tertiam scilicet, vel quartam partem totius arithmetice sumptam. Demonstrationem hanc extra omnem dubitationis aleam explicit Physicus Antonius Tidei ab ipsis Judicibus Delegatis ex officio electus ad oculariter observandam Mammillam sinistram Magdalenae de Nunzio, & ab ipsis Postulatoribus inductus; Ipse enim inspecto Sanatae ubere post lapsum fere annorum sex referre non dubitavit, quod = *ho rilevato alla distanza DI PIU' D'UN POLLICE DAL CAPEZZOLO e propriamente nella parte laterale esterna, e superiore, una cicatrice appianata, donde ho dedotto, che la stessa fosse stata affetta da una postema in detto luogo, dalla quale indi fosse guarita perfettamente*= *Summ. pag.* 16. & 17. *in princip.*. Identitatem vulneris, & locum, ad quem caesura pervenit, adeo demonstrat superstes post sanationem cicatrix, ut recte procedat argumentatio: Ubi cicatrix, ibi vulnus. Si enim Papilla, quae medium Mammae tenet, ablata fuisset, cicatricem exhibuisset oculis Physici Tidei non in laeva uberis parte, sed dextrorsum; Cum vero cicatrix reperta fuerit = *alla distanza di più d'un pollice del capezzolo* = cumque Medicus Orlando edixerit sese tantummodo excidisse: *una buona porzione della Mammella* : duplici Professorum judicio alter alteri omni exceptione major, explosa remanet exagerata, & e propria Minerva perquisita narratio amputationis Papillae, ejusque reproductionis pandita tum ab exteris Mulierculis, cum a Villicis, rudibusque Fratribus Tozzi.

8 Sanata ipsa Magdalena de Nunzio, quæ omne ferre debet punctum in hac materia, utpote chirurgicæ operationis victima, quæve tam graphice morbum descripsit ab illius exordio usque ad portentosae sanationis epocham, rem in aprico superlative ponit; Enimvero statim ac ex ore patientis habetur, quod Orlandius = *avendo replicate le sue visite a mezzo giorno di quella stessa giornata, ed avendone osservata altra parte mortificata, prosegui il taglio incominciato, arrivando al vivo della carne, e* del-

della Spugna della Zinna, *cit. Summ. pag.*11. §§. 54. 55. & 56. nulla amplius superest dubitatio, quominus intactam reliquerit Papillam Medicus vulnerator: Perpensis enim per extensum Sanatæ dictis, nemo inficias ire poterit, illam cuncta vidisse sedulo, quæ expertus est Medicus in ubere ab exordio infirmitatis usque ad postremam incisionem. Ast demus momento temporis, ægrotam impavidis oculis prospicere haud potuisse postremam præsertim cæsuram, naturali tamen ratione duce certum est, quod persentire debuit postremum cæsuræ modum, quem de facto persensit statim ac excutè designavit terminum, ad quem cæsura processit, nempe = *al vivo della carne, e della spugna della zinna* = Quæ enim aufertur in corpore pars membri alicujus, licet non videatur, percipitur tamen ex dolore, & ex partis ablatæ deficientia, quæ forinsecus ex tactu quoque dignosci potest. Quod rem tandem conficit omnem in hac controversia habetur ex ipsis anathomen observationibus, quae uberis spongiam subesse Papillae docent. Si itaque Orlandius = *prosegui il taglio incominciato arrivando al vivo della carne, e della spugna della zinna* = e vestigio sequitur, amputatam non fuisse Papillam, quæ supereminet spongiæ, ad quam cum tantummodo pervenerit cæsura, nec minimam illius partem tetigerit, intactam reliquisse Papillam, demonstrant tam dicta Sanatæ, tam Medici curæ relatio per organum Physici de Nunzio tradita.

9 Verum si hæc comparentur cum dictis Testium apud acta relatis, timeo, quod nullo in calculo primum haberi valeat depositio *Annæ Calzoni*, quæ perhibere non dubitavit, amputatam vidisse partem illam uberis = *ch'era annerita col Capitello, che dopo si fece buttare nel Cimiterio* = *Summ. pag.*2. §.2., nullamque fidem promereri testimonium *Donatæ Negri* deponentis, quod Orlandius = *avendo risoluto di darci un taglio . . . . con tal taglio cacciò fuori il capitello con una notabile porzione di carne morta, che fu portata nel Cimiterio* = *Sum. pag.* 4. §. 4. Nec sine ratione pertimesco, ejusdem indolis esse quidquid retulere fratres Tozzi, Joseph scilicet Sanatæ Levir, dum retulit, quod Chirurgus = *recise più della metà di detta Zinna* = *Sum. pag.* 6. §. 24., ac Franciscus Tozzi Magdalenae Vir, qui asserit = *prosegui a tagliare la parte annegrita fino al vivo, restando così recisa quasi tutta la mammella* = *Sum. pag.*15. §.79.

10 Et re sane vera, si in causis Beatificationis, & Canonizationis Servorum Dei discedere nefas est quoad Testium fidem ab his Juris Canonici regulis, quae praescriptae manent, dictarum Muliercularum testimonium in his, quae Papillam respiciunt, in leves auras resolvitur. Nam praeter sexus exceptionem illarum dicta fidem in ejusmodi judiciis solummodo obtinent, si de facto proprio, aut de proprio sensu testimonium ferant; si deprahendantur esse firmi judicii, & sufficientis cognitionis; si denique Mulieris dictum confirmetur dictis Virorum, quemadmodum in judicio criminali *Farinac. quæst.* 59. *num.* 26., & Benedictus XIV. *in cit. Oper. lib.* 3. *cap.* 6. §. 5. & 6., quibus denique consonant propemodum Canones Artis Criticen jubentes, in Testium dictis examinandam esse illorum qualitatem, rem nar-
ra-

ratam, narrandique modum. Non moror sexus qualitatem quoad Annam Calzoni, & Donatam Negri, sed caetera in ipsis requisita non video, eademque deficere censeo quoad Virum. Levirumque Sanatae Judicii firmitatem, sufficientemque cognitionem nedum haud exhibent praefatorum Testium Depositiones, sed frontibus pugnant adversis cum relationibus virorum Physicorum Josephi de Nunzio, & Antonii Tidei, & ex re ab ipsis narrata, narrandique modo tot scatent exageratae narrationis adminicula, quot ad veritatem in subjecta materia eliminandam, sufficiunt. Unica est dicacula fœminae Calzoni, quae nigro colore infectam fuisse Magdalenae de Nunzio Papillam edixerit ad suadendam illius incisionem; caeteri vero Testes, nempe Donata Negri, ac Fratres Tozzi quoad quantitatem ablatae mammae longe aberrant a relatione dictorum Physicorum, & ipsiusmet Sanatae. Nemo etenim ex his ausit proferre Orlandium abstulisse Papillam = *con una notabile porzione di carne morta* = quod amputarit = *più della metà della zinna* = quodve tandem = *prosegui a tagliare la parte annegrita fino al vivo, restando così recisa quasi tutta la mammella* = Nec firmum itaque praedicari potest illorum judicium, nec sufficientem eosdem habuisse rei cognitionem Chirurgicae operationis, quae depositionis scientiam tantummodo constituere poterat.

11 Res autem narrata, narrandique modus gravissimas ingerunt suspiciones de fide Testium, qui dum circumstantias ad Miraculi rationem pertinentes enumerant, in apertum discrimen, factum ipsum adducunt, sive Postulatorum Judicumque remissorialium obscitantia, sive quadam apparenti deponentium pietate, & pseudo-Religionis schemate quo interdum sibi suadent obsequium praestare Deo, portentosas exagerando sanationes. Initium sit ab asserta projectione carnis ab ubere excisae in caemeterium: Religiosum hujusmodi officium exercuisse adstantes Mulieres referunt Postulatores in *Sum. super Virtutibus pag.* 778 *ad* Titulum: *De aliis Miraculis Servi Dei post obitum patratis*: Ubi loquendo de restitutae miraculo mammae narrant = *ibi ad extremum tamen majorem mammae partem cum Papilla recidit* (Orlandius) *QUÆ AB ADSTANTIBUS MULIERIBUS in Caemeterio sepulta fuit* = Si adstantes Fœminas audio, nullibi ex illorum examine apparet, vel quod in mandatis habuerint deferendi ad Caemeterium amputatam ex ubere carnem, vel alterutram ex eis hujusmodi pium opus exercuisse; Perhibent enim tantummodo = *che si fece buttare nel Cimiterio* = *che fu portata nel Cimiterio* = non vero quod ipsae nempe Anna Calzoni, & Donata Negri, quae adstiterant Infirmae, in Caemeterium emortuam carnem detulerint. Si gangraenosam uberis carnem ad sepulturam detulisse Birgittam Quarantella Sanatae Socrum, reponant Postulatores, caveant, ne ex defectu examinis ejusdem magis magisque niteat omissio.

12 Testium dicta in re narrata, narrandique modo *Facti veritatem* tali pacto ex juris Regulis probare debent, ut Factum, quod narratur, ad Miraculum eo modo probetur contigisse, quo narratum fuit, & in eam rem laboris plurimum insumere debent Sub-Promotores Fidei *de Rosa post Tract. de Exequutor. Litter. Apost.*

Apost, *pag.* 344. *num.* 169. Non ita se gesserunt Judices remissoriales in eorum rogationibus, nec Testes in illarum responsionibus, quae ne dum adversantur relationi tam Physicorum, quam ipsius Sanatae in substantiali caesurae Papillaris adjuncto, verum etiam a verisimili aberrant quammaxime, ab eo scilicet probationis genere, quod in omni negotio requirendum potissimum est *Text. in Cap. In nostra de Test.*, & *leg. Ob carmen* §. *fin. ff. eod.*, quia naturae cognitionem, sive naturalem rationem continet, & imaginem veritatis habet *Mans. Consult.* 21. *num.* 37., *Conciol. alleg.* 45. *num.* 21., *Rot. cor. Cerro decis.* 34. *num.* 4. *cor. Coccin. decis.* 2242. *num.* 16., & *cor. Gregor. decis.* 145. *num.* 8. & 9.

13 Facti veritas probata haud remanet, quia a verisimili primum nimis aberrat Testium depositio. Quisnam sibi suadeat, Annam Calzone, quae ejulantem in ipsius brachia Infirmam devinctam servabat, siccis oculis videre potuisse in postrema uberis amputatione, papillam quoque ablatam fuisse inter sanguinem, & saniem ex ea profluentem, atque id ipsum graphice referre post sex annorum intercapedinem? In luctuoso hujusmodi spectaculo naturaliter refugere quoque debuit olfactus aversis-oculis crispante naso ad declinandum foetorem, quem sanies putidissima ex profundo Mamillae ulcere emittebat; Nam = *la sanie era puzzolente* = *Summ. pag.* 8. §. 38. = *grondava quasi marcia puzzolentissima* = *Summ. pag.* 12. §. 66. Horret animus plerumque, si levissimum etiam vulnus inflictum alicui fuisse videmus ex ipsomet naturae motu, in quo oculus se aliunde convertit. Idem dic de relatione Donatae Negri, quae in eadem tragica operatione ministrabat, & in eadem manus adjutrices admovit. Testes itaque, qui, his non obstantibus, referre non dubitant, sese cuncta propriis oculis introspexisse, pugnant contra communem sensum, contra vim naturalium animi motuum, & imaginem veri, ac propterea illorum dicta attendi nequeunt ex eo, quia inverisimilitudo omnem saepe destruit probationem, tollitque scripturae fidem, *Mans. Consult.* & *Res Jud.* 143. *num.* 37. *tom.* 2., & *Consult.* 579. *num.* 92. *tom.* 6.

14 Quamvis enim contestes aliquo modo praedicari possent *Anna Calzoni*, & *Donata Negri* in asserenda de visu amputatione papillae ex ubere Magdalenae De Nunzio, tot tamen adversus utriusque dicta exceptiones militant, ut momentum illud, quod caeteroquin locum haberet ad probandam facti veritatem, in pretio haberi nequeat, quia nec vim aliquam mutuare potest a dictis virorum Josephi, & Francisci Tozzi; Primus enim quamvis perhibeat ultra medietatem abscissam fuisse Magdalenae Mammam, *Summ. pag.* 6. §. 24.; Alter vero quod in postrema Chirurgi operatione, idem = *prosegui a tagliare la parte annegrita fino al vivo*, *restando così recisa quasi tutta la Mammella* = *Summ. pag.* 15. §. 79., utrumque tamen exagerationis, & inverisimilitudinis vitio non caret; Nec Medicus vulnerator, nec sanata, nec superstes cicatrix post sanationem recognita ab Physico Tidei indigitant, ablatam fuisse vel ultra medietatem uberis, vel totam fere mammillam; Si sermo denique sit de Josepho Sanatae Leviro, qui inter Testes oculatos recense-

tur,

tur ; ignoratur profecto an ipse in secunda ; seu potius postrema uberis caesura adstiterit Infirmae ; incertitudinem hanc fatetur, dum refert = *fu costretto a darci più tagli, ad uno de' quali NON MI RICORDO, SE FOSSE L'ULTIMO, mi trovai presente*, = *Summ. pag.* 6. §. 24. Decennii spatium nondum erat praeterlapsum, ut oblivionis praesumptio incertitudinem temperare valeat in gravissima illa facti circumstantia ; Nec rationi itaque, nec legibus congruit, ut parte ex una Testis in facto proprio oblivionem, & ignorantiam adducat, ex altera vero deponat, ablatam fuisse = *più della metà di detta Zinna*, *Rot. in Pisauren. Immissionis super fructibus quoad liquidationem 6. Julii* 1804. §.4. *cor. Strasoldo*.

15 Graviorem exceptionem revocat testimonium Magdalenae Viri, qui perhibet, amputatam fuisse totam fere mamillam ipsius Uxoris. Nemo ex praefatis Mulierculis gravissimam hanc amputationem tali pacto exageravit. Video ex opposito easdem cum sermonem habent de postrema caesura Mammae nullam fecisse mentionem de Sanatae Viro, ejusque Leviro, idemque silentium tenuisse Infirmam animadverto in ejus relatione, quae prostat in Processu Apostolico S. Agathae Gothorum *pag.* 10. & 11. §. 56. ejusque Medicum vulneratorem Orlando ; Nil denique verosimilius, utrumque modestiae, & commiserationis intuitu, vel ab Infirmae cubiculo recessisse, Juxta monitum Svvietinij ad §. 469. num. 1., ibi = Non admittantur otiosi spectatores . . . Nunquam adsint amici Ægri = ab ipso contrario Causae Patrono relatum, vel absentes e domo fuisse prae necessitate captandi sibi victum diei, cum paupercs, & agriculturae operibus addicti forent ; aut itaque fallant oportet sane criticem, ac Logicae Canones, aut dicendum est, eosdem non vidisse quae narrant, vel semiperspecta plurimum amplificasse, si vellent vera nuntiare.

16 Hujusmodi rationum vim, & efficacitatem denuo forsan elidere prae viribus obnitentur Postulatores ex eo potissimum, quod si Chirurgus Orlando per organum Physici De Nunzio de papillae caesura non est locutus ; Si eamdem facti singularitatem praetermisit Sanata in ejus responsionibus ad Judicum Delegatorum rogationes, silentium utrinque observatum, cum non egrediatur limites argumenti, quod ajunt, negativi, fidem elevare nequit testimonio Annae Calzoni, & Donatae Negri Testium de visu, nec eam quam sibi conciliare debent Fratres Tozzi, quamvis per Ellepsim dictarum foeminarum dictis adherere videantur, quive in linea saltem auxiliaris probationis in pretio haberi debent. Ast non hic tantummodo quaestio est, num argumentum ex silentio erutum censendum sit simpliciter negativum, seu potius mixtum ; Ex facto enim perimitur controversia, quia superstes in ubere Sanatae cicatrix a Physico Antonio Tidei recognita = *alla distanza di più d' un pollice dal capezzolo* = idem profecto efficit, ac si Medicus Orlando expresse retulerit, papillam abs se haud fuisse rescissam, ejusque silentium tantum pariter a Magdalena De Nunzio loquacissimum evaserit, ac directe oppositum dictis Adstantium foeminarum, & Fratrum Josephi, ac Francisci Tozzi. His adde quod silen-

tium in rebus admirabilibus quoad illarum circumstantias difficillimum censeri debeat, ac propterea taciturnitas in facti specie diversam induit naturam, & argumenti positivi pondus exhibet (a).

17 Nullum praesidium tandem mutuare posse videntur Postulatores ex artis Anatomes, seu Physiologiae principiis ad effectum adstruendi necessariam pepillae deperitionem, quoties abscessu gangraenoso afficiuntur ubera matris. Hanc doctrinam pluribus exornare studuit in suo judicio pro veritate reddito Franciscus Asdrubali in Romano Licaeo Obstetriciae Antecessor sub Ægide & auctoritate clarissimi *Astruc in ejus Oper. de morb. Mulier. par. alter. lib.* 4. *cap.* 4. §.10. & *cap.*5. *pag.* 149. quae tertio quoque verbo in triumphum agitur *pag.*11. §.18., *pag.*21. *in respons.* §. 56., & *pag.* 29. §. 79. Difficillimam profecto quaestionem dilemmate conficere posse Physicum Asdrubali sibi suadet ex animo in haec verba: aut manus chirurgica repetitis reacissionibus, quo progressum gangraenae impediret, papillam totam una cum portione Mammae sic affectae amputavit, aut non. Si primum ergo papillae ad primum statum restitutio Thaumaturgo Sacrarum Servi Dei Alphonsi exuviarum contactui adscribenda; sin minus papilla mammillarium glandularum beneficio carens, quae lac separant, & lactiferi ductus propriis muniis obeundis impares effecti ob eorum destructionem *in parte tam dextera*, *quam sinixtra*, ut diximus superius, papillam ipsam organum prorsus inutile in Magdalenae pectore reddidissent.

18 Quoad primam argumenti partem Discipulorum in morem respondeo, *Concedo*; Quis enim tam scepticus in re adeo sacra digito monstrari poterit, qui negare audeat Dexteræ excelsi, Venerabili Alphonso Maria deprecatore tribuendum non esse portentum regenerationis papillæ, quoties liquido probaretur illam in antecessum excisam fuisse ex ubere Sanatæ? Quo vero ad secundam distinguendum esse videtur: Aut in facto manet acre illud gangrænæ pus omnes omnino depavisse lactiferos ductus, glandulasque papillares, queis lac secernitur, tam in læva, quam in sinixtra uberis parte, ceu ex arbitrio tenet Physicus Asdrubali, aut humor ille gangrænosus intactos aliquos reliquit lactiferos ductus, glandulasque papillares dextrorsum in ubere. Si primum, concedam utique quod, corrosis lactiferis canalibus omnibus, papilla, quæ per ipsos Mammæ nectitur, necessario decidat oportet, & organum prorsus inutile fiat; Sin vero immunes remansisse constet aliquot ex ductibus lactiferis, & mamillaribus glandulis in parte dextera, nil mirum, tum quod papilla propriam sedem tenere potuerit, nec mirum, lac ex eadem manare potuisse admoto infantili ore ad eamdem.

19 Hariolatur profecto Physicus Asdrubali cum omnes ductus lactiferos, Mammillaresque glandulas dextruxisse putat gangrænosi humoris venenum ab abscessu productum in ubere Sanatæ. Si uni Orlandio in hac re ad proprium munus pertinente; Si Physico Antonio Tidei credendum est, ab altero edocemur, gangrænæ pus non in latum, sed in mammillæ profundum vim suam exe-

(a) Recolendae hic veniunt novæ Animadversiones quas videre est pag.7. §.16. & 17.

exercisse in læva uberis parte = *continuando la cura giammai vide, che la piaga andava in meglio, ma sempre più* PROFONDAVA, *e serpeggiava per la sostanza della mammella, ch' erasi fatta così PROFONDA, e per i tagli, e per la cangrena, che erano rosi i dutti lattei* = *cit. Summar. pag.* 8. §. 38. Si quæras qua in parte ob cæsuras, & gangrænam = *erano rosi i dutti lattei* = quamvis implicitè dixerit Orlandius ex verbis = *per cui nell' ultimo taglio fu costretto a recidere* = non majorem Mammæ partem, sed tantummodo = *una buona porzione della mammella* = explicitè tamen ac superlative declaravit Physicus Tidei, cum inspecto ubere sanatæ, retulit = *Nella zinna sinistra ho rilevato alla distanza* DA PIU' D' UN POLLICE DAL CAPEZZOLO, *e propriamente* NELLA PARTE LATERALE ESTERNA SUPERIORE *una cicatrice appianata, donde ho dedotto, che la stessa fosse stata affetta da una postema in detto luogo* =

20 Asdrubalis judicium itaque, quamvis pro veritate redditum, nititur falso supposito ex præfatorum Testium dictis; nec eidem calculum adijcere potest Auctoritas *Astruchii*, cujus loca in medium allata aptari nequeunt portentosæ miraculi relevantiæ respicientis papillæ regenerationem. Percelebris etenim *Astruc* casum adstruit, in quo abscessus Mammæ, qui papillam afficit, ejusdem basim corroserit, papillamque separarit *cit. Vot. pag.* 11. §. 18., vel in quo si ex puris acritudine canalium lactiferorum plerique corrosi manent, fieri potest, ut papilla, quæ nisi per ipsos Mammæ nectitur, necessario decidat, ceu tenet præfatus Auctor *lib.* 4. *cap.* 4. §. 10. At cum neutrum accidisse in casu, de quo est quæstio, probe noverit Obstetriciæ Professor, per illationem in ejus *Voto* §. 27. *in fine* rem conciliare satagit ita, ut in abscessu uberis Sanatæ duxerit, glandulas ductusque lacteos debuisse penitus dextrui tam in læva Mammæ parte, in qua ortum habuit, quam dextrorsum. Simplex tamen ejusmodi adsertio directa indiget probatione, quæ a Postulatoribus præstantissimis huc usque desideratur, eaque deficiente, nec papillæ cæsura probata remanet, nec illius organum inutile evasit, eo quia tam glandulae, quàm lactei ductus in sinixtra Mammillae parte existentes, innocuos gangraena reliquit, nec hisce stantibus ullam portenti imaginem exhibet lactis exitus post sanationem ex papilla defluens in alimentum Pueri.

21 Utrumque enim naturae viribus contingere potest, attenta admirabili structura uberis, & experimentis ope Mercurii ingeniose inibi actis a celeberrimo Anatomes Lugdunensis Licaei Antecessore *Antonio Nuch.*, qui papillam videns variis foraminibus, totidemque ductibus excretoriis perviam, Mammam selegit, a qua omnem liquorem lacteum comprimendo, expulit, & ex iisdem unum ex magis patentibus selegit, in quem Mercurium, ea, qua potuit, dexteritate injecit, & statim jucundo plane spectaculo observavit, non tantum ductus lacteos, ramorum Arborum in modum expensos, distincte repleri, sed unum atque alterum ex hisce ductibus minoribus eo usque Mercurium admisisse, ut in vascula Arteriosa dictis lacteis continuo transierit. Hæc nar-

rat ingeniosus Auctor in ejus Adenographia *Cap.* 2. *pag.* 16. *Edit. Lugduni Batavorum* 1696.

22 Experimentum hoc mirifice patratum ad eliminandum valvularum figmentum existentium in ductibus lactiferis, caeteraque Physiologiae praejudicia, peculiare illud nobis exhibet argumentum, ut quousque in ubere sive in parte laeva, sive dextrorsum extant, glandularum aliquot ductuumque lactiferorum, suo munere papilla carere nequit, lactemque praebere. Idem probatur ex his, quae pergit asserere postquam retulit neminem Anatomicorum eo usque tubulorum lactiferorum veram dedisse descriptionem, & delineationem, ut ipse gessit in *figur.* 1. & 2. *Operi* adnexis, ibi = *Demonstratis primis ductuum excretoriorum, sed minorum una cum vase excretorio majori, principiis, haud difficile conceptu est, prœter delineatum quamlibet Mammam, SEPTEM, OCTO, NOVEM* (nam certus numerus non occurrit) *similes habere ductus excretorios, tantam lactis vehentes copiam, ut sufficiens etiam gemellis prœbeant alimentum . . . . in quibus prœterea venit observandum, ductus hosce antequam papillam attingant anastomosibus inter se junctos esse, ut lac in Mammis secretum, & in tubulis hœrens* (obstructo forte poro papilari uno aut altero) *per vias laterales in alios papillœ ductus, & adhuc patentes transire & excerni posset. Ductus autem hi lactiferi non sufficiunt ad lac secernendum, sed simul necessarium fuit per nervos NUMEROSISSIMOS, ex nervis thoracis oriundos, copiam spirituum affluere lactis secretionem promoventium* =

23 Explosa ex his, quae huc usque relata sunt tam in facto, quam ex medicae artis experimentis probatione privationis papillae in ubere Magdalenae de Nunzio proprio pondere ruit instantanea illius regeneratio, quae male sarctam reddit Tituli inscriptionem in ea parte, quae respicit papillae restitutionem; Nam si restitutum dici nequit illud, quod nunquam fuit ablatum, consequitur, nullam pariter esse habendam rationem de testimonio illorum, qui circa hujusce prodigii constitutivum deposuerunt, sed illud tantummodo coercendum esse ad unam gangrœnosi ulceris fugam, & ad repentinam reproductionem vivae carnis in locum abscissae. Nonnulla tamen praestat animadvertere quoad illustriorem hanc miraculi partem: De Papillae reproductione ne verbum quidem habet in ejus depositione Anna Calzoni, quae obstupescens ex inopinato prodigio retulit tantum, quod delapsa uberis Vitta = *restò la Zinna bianca intiera, ed al pari dell' altra* = *Cit. Summ. pag.* 2. §§. 2. 5., e 6. Video denique, quod Sanata ipsa, quæ funestæ primum tragediæ pars maxima fuit, post eventum prodigii, pervigilem hunc hymnum haud cecinisse tunc cum pluries peculiares sanationis circumstantias enarravit, *cit. Summar. pag.* 10. §.49., & *pag.*13, §. 71. Tota hinc probatio hujusce portenti nititur dicto Donatæ Negri, ac Josephi Tozzi Sanatæ Leviri; Hujus testimonium repellendum omnino venit in hanc rem, Ipse enim suo se gladio confodit; Post quam referre non dubitavit, quod Peritus integram uberis sanationem etiam tactu agnoverat = *Mi ricordo bene allo scoprirsi della Zinna . . . nè io, nè altre Persone presen-*

senti ci conoscemmo o marcia; *o carne morta*; *ma bensì la viddimo perfettamente sanata come anche se ne assicurò* IL PREDETTO MEDICO, CHE TUTTA LA TASTEGGIO = *Summar. pag.* 7. §.35. Statim ac in altera depositionis parte fassus est, quod = *allorchè quella si scoprì avanti di me, e delle cennate Persone*, .. *non ci osservai verun segno di male* E MI FU DETTO, *che non ce l'osservò nemmeno l'istesso Medico, che tutta la tasteggiò* = *cit. pag.* 7. §.35. Si quis hæc sibi invicem conciliare potest, magnus mihi erit Apollo: Rectum tamen consequens illud erit, quod non propriis oculis Sanatæ Levir viderit, delapsis spleniis, reproductam fuisse papillam sed de auditu tantum excepisse exageratam hanc facti circumstantiam = *e mi fu detto, che non ce l'osservò nemmeno l'istesso Medico* = alterumque consequens rectè descendit, quod *una* remaneat Donata Negri, quæ de visu retulerit restitutam vidisse papillam.

24 Modus itidem, quo narrant Testes se vidisse papillam, tunc cum splenia, quæ illam obtegebant, soluta, disjectaque fuerant Orlandii manibus mane diei, in qua fama portenti in Reini Oppido percrebuit, & infantis prima vice admoti Mammæ Sanatæ, vel mendis referram, vel inverisimilem denuo hujusce historiæ partem reddit; Si enim ad Sanatæ, ejusque viri testificationem oculus excurrit, ipsi uno ore perhibent = *Dopo poche ore circa la mezza notte risvegliandomi, mi trovai libera totalmente dal dolore fin allora sofferto, ed allora ne feci parte in quel punto a mio Marito .... la mattina poi alla prima ora del giorno mio Marito volle sfasciare la piaga, ed in ciò fare essendosi quella intieramente sanata, e rimarginata perfettamente, e che solamente si osservava nella parte superiore una crosta nera, la quale essendosi tolta da mio Marito comparve la piaga perfettamente chiusa, e colla carne nuova* = *Summ. pag.* 13. 15. 71., & 72., quibus consonat dictum Francisci Tozzi = *nel primo far del giorno curiosi ambedue di vedere la piaga in che stato si trovava volli io colla stessa mia Moglie quella vedere, ed avendo sciolta la fascia trovammo la parte appianata, ma coverta di una piccola crosta superficiale, quale da me tolta, e buttata per terra, si vidde la parte appianata con carne nuova* = *Summ. pag.* 15. §. 83.

25 Ab hac narratione, quæ primigeniæ veritatis ideam exhibetur longe aberrant hi, qui referunt = *Allo sfasciar della piaga, che fece il Medico, viddimo tutte con nostro stupore la piaga saldata ... Vedendosi da noi e dal Medico presente cader da sopra la parte affetta una scoria negra, onde da sotto apparve la sudetta carne bianca, e vegeta col capitello cresciuto, di modo che avanti di noi fattosi portare il suo Bambino gli diede felicemente latte* = Hæc habet *Donata Negri*, *cit. Summar. pag.* 4. §. 18. Joseph vero Tozzi Sanatæ Levir nescio quo pacto referre valeat = *Che la mattina stessa essendosi dal succennato Chirurgo sfasciata la piaga alla presenza mia, di suo Marito mio Fratello .... viddimo con nostro stupore, che la predetta Zinna era veramente sana del tutto, e colla carne, e col capitello cresciuto .... e trattanto sul punto stesso la predetta mia Cognata .... si fece portare alla Mammella guarita lo Bambino, il* qua-

quale subito si pose a poppare alla Mammella patita già miracolosamente ripiena di latte = *cit. Summ. pag.* 6. §.28.29. & 30. Quinam stupor adoriri poterat unquam animum Sanatæ Viri, si jam summo mane inspexerat uberem ad pristinum statum, mirabili spectaculo restitutum?

26 Quomodo perhibere poterant *Joseph Tozzi*, ac *Donata Negri*, sese vidisse papillam regeneratam = *Allo sfasciare della piaga, che fece il Medico* = Si diluculo diei in quo patefactum est Miraculum splenia, vittamque inter lætitiæ lacrymas anxie dissolvere curaverant Conjuges? Quibus animis referre, demptis ab Orlandio spleniis, prolaxataque iterum cortice, quæ ulcus obtegebat, Mammam apparuisse = *bianca, e vegeta col capitello sresciuto* = Si ex ore Sanatae deprehendimus = *che il Medico, e Cerusico assistente, D. Giovanni Battista Orlando al sentir dai Vicini una tal novità fuori di se stesso uscito esclamò* = *Questo è un vero miracolo* = *e più non curò di visitarmi* = *cit. Summar. pag.* 10. §. 50. & *pag.* 11. §. 58. Non moror Leviri testimonium, quia ipse de simplici auditu poterat referre, quod, solutis spleniis, regenerata apparuerit papilla = *Allorchè quella si scoprì ....: non vi osservai alcun segno di male, e mi fu detto, che non ce l'osservò nemmeno l'istesso Medico, che tutta la tasteggiò* =; *cit. Summar. pag.* 7. §. 33. Si Medicus vulnerator totam palpavit Mammam praesente & nullum in ea morbi vestigium agnovisse dixit, verba Josephi Tozzi = *e mi fu detto* = non aliter interpretari poterunt, quod is praesens haud fuerit tunc cum Medicus uberem palpavit.

27 Quid de geminato corticis lapsu ex Mamillae Sanatae dicam? Quid de admoto Puero ad illius uberem postquam splenia soluta fuisse venditatur? Verosimile quidem est, Magdalenam De Nunzio Mammam ostendisse Vicinis portenti fama vocatis. At nemo sibi suadere poterit, quod splenia, quae prae faetore eliminanda erant; Quod crusta nigrescens humi bis dejecta summo mane a Conjugibus Tozzi *Summar. pag.* 12. §. 61. & *pag.* 15. §. 83. denuo superimposita fuerit uberi, eamque tertio dejecerit Medicus vulnerator coram Mulierculis, & Leviro. A naturali tandem ratione distat quammaxime, Genitricem, quae Neonatum ululantem, & cui forsan adhaeserat lingua ad palatum prae siti, expectare voluerit incertum Medici accessum antequam Infantis vires, cum posset, refoveret: Haec sanè Infantibus ipsis narranda sunt, non vero Sapientissimis Patribus, neque his, qui Maternae pietatis officia norint.

28 Modo vero a probationibus apud acta relatis, discendendo ad earum vim, & efficaciam morbi gravitatem vel insanabilis, vel curatu difficilis respicientem, ab ipsa infirmitatis indole, qua Magdalena De Nunzio afflictabatur; Ab ipsis Sanatae verbis, & ex aliis extrinsecis argumentis, ritè inferri posse ea, quae nasuculae nimis Mulierculae cecinerunt cum Sanatae Leviro, per hyperbolem potius, quam in veritatis obsequium narrata fuisse ad evehendam scilicet miraculi praestantiam. Deme infirmitatis prognosin aliquantisper exageratam ab Medico vulneratore; in reliquis res erat de abscessu Mammae in gangrenam progrediente = *fui chiamato a medicare la predetta Maddalena De Nunzio . . . di*

di fresco infantata; *ed essendosi colà portato*; *trovò*; *che la medesima si querelava di un ascesso latteo nella sua Mammella sinistra*, *e che avendo egli osservato la parte offesa vi trovò tutti i veri segni di una cangrena* = *Summ. pag.* 8. §. 37. Historiae pars reliqua pertinet ad infirmitatis progressum, ejusque prognosin.

29 Quid tamen post hæc? = *per ragione della mia Professione giudicai come giudico . . . . che la guarigione della medesima fu all' in tutto miracolosa*, *perchè la piaga da insanabile che si era resa per forza del morbo*, *restò di botto guarita*, *e perfettamente sana*, *perchè se fosse effetto dell'arte*, *e della natura non avrebbe bastato lo spazio di più mesi*, *perchè era di necessità prima di corrigere l'umore cangrenoso*, *e poi a poco a poco far crescere la carne* = *Summ. pag.* 9. §. 45. & Physicus Antonius Tidei = *donde ho dedotto*, *che la stessa fosse stata affetta da una postema in detto luogo*, *dalla quale indi fosse guarita perfettamente* = *Summ. pag.* 17. §. 89. Tractu temporis itaque, nec insanabile, nec curatu difficile ulcus erat gangrænosum, ac totum miraculi momentum in eo stetit, ut plaga = *restò di botto guarita*, *e perfettamente sanata* = Ast re huc perducta, nemo inficiabitur Omnipotentis Digitum subitam gangrænæ sanationem ad intercessionem Venerabilis Antistitis de Ligorio præcepisse, de cætero autem fateantur oportet Postulatores, quod etiamsi de sui natura gangrænæ morbus malum sit periculosum, & nisi citissime auxilium feratur in sphacelum degeneret, facilis tamen sit curationis si fiat in vegeto adhuc, & juvenili corpore, in quo spiritus vitales adhuc sunt integri, & musculi, & nervi nondum sunt læsi, *Sennert in prognosticis pract. lib.* 5. *part.* 2. *Cap.* 19. Jam vero Magdalena De Nunzio cum ab ascessu gangrænoso affligeretur, vegeta adhuc erat & juvenis cum annum ageret trigesimum quintum, *Summ. pag. in princip.*

30 Si recte interpretatio denique restituatur verbis ab eadem directis Orlandio tunc cum illum forte fortuna invisendam adivit = *Signor D. Titta voi mi dicevate*, *che io ero morta*, *e questa mattina mi sento* ***MEGLIO***, *perchè jeri sera verso le ore ventitrè venne a trovarmi la Sig. Donna Maddalena Mari*, *e mi diede un effigie di carta di Monsig. di Liguori*, *e mi applicò alla piaga . . . . la figura*, *e l'abito*, *per cui questa notte ho riposato* = Enim vero plura ex hisce verbis erui posse videntur; Alterum scilicet quod quum Sanata diversum in ejus infirmitate sentiret ab eo, quod relata verba sonabant, ironice dixerit Orlandio = *Voi mi dicevate*, *che ero morta* = Alterum vero, quod non perfecte convaluerit, nam sensus verborum = *questa mattina mi sento meglio* = suopte ingenio subitam, perfectamque sanationem excludit. Hæc sunt quæ præ oculis haberi debent ad librandam Miraculi præstantiam, non vero quæ unus, vel alter ex Testibus sycophandarum more retulerunt quo ad morbi gravitatem, ac papillae regenerationem.

31 An ne desunt pariter ea infirmitatis symptomata, quae morbi gravitatem diminuere videntur? Scimus trinas carnis emortuae caesuras ad vivum usque passam in ubere fuisse Magdalenam De Nunzio totidemque suppurationes, quas carnis excissionem plerum-

rumque comitantur; nullibi tamen aliqua correptam febri fuisse patet in abscessus lactiferi decursu; Nec Orlandius enim, qui conclamaverat Infirmam, nec Sanata ipsa, nec tandem ex Testibus alter, qui ut totidem artis medicae Professores rem narrant febris accessionem omisissent; Fere omnes de extremis Ecclesiae Sacramentis a curae Medico praescriptis, & ab Infirma perceptis testimonium dicunt; Sanata vero, ejusque Vir, ne verbum quidem, & ex Testibus relatis nemo est, qui de visu suscepta fuisse postrema Sacramenta deponant. Scio, quod in sacra Exhomologesi non adhibentur Testes, sed cum Sacra Synaxis ad Infirmos defertur undique confluunt Christifideles ac praesertim Vicini adstantque Consanguinei penes Infirmam. Nemo forsan ex Presbyteris Magdalenae lateri adstetit, dum juxta Medici Sententiam navigabat in portu? Hujusmodi probationes, quae penitus omissae fuerunt morbi gravitatem demonstrare potuissent.

32 Quae denique tanta, tamque subita oblivio in Reini Oppido, ubi = *accodde un miracolo STREPITOSO per intercessione del Venerabile Servo di Dio in persona di Maddalena di Nunzio?* = *Sum. pag. 1. in princ.* Vix enim, ac ne vix quidem subitam recepit valetudinem Sanata, evanuit ita portenti adeo sublimis memoria, ut nisi post longum sex annorum cursum Inquisitio, in reliquis pluribus oscitantiae notis referta, instituta fuerit. Nulla tandem ex parte Sanatae, aut illius Propinquorum peregrinatio ad non longinquam Civitatem Nuceriae Paganorum, ubi venerantur Exuviae Servi Dei in grati animi signum, & accepti Beneficii argumentum. His animadversis quid de gravitate morbi, ejusque sanatione sentiendum, quid denique de Miraculi praestantia, & classe, ad quam sit referendum, Supremo SANCTITATIS VESTRÆ judicio, auditis Patribus definiendum relinquo.

MIRACULUM II.

Instantaneæ perfectæque sanationis P. FRANCISCI AB OCTAJANO *Ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci a phthisi pulmonali, confirmatoque Marasmo, viribus illico restitutis.*

33 Si eo modo probata maneret instantanea Sanatio Viri Coenobitae ab Octajano, quo juridicis Tabulis Nucerinae Inquisitionis a pluribus Testibus consignata fuit, & cujuslibet exceptionis expers omnino foret cohaerens epigraphes ab egregiis Postulatoribus inserta, nemo profecto a secunda portentorum Classe dimovere posset Miraculum, de quo est quaestio; Quum vero praefati Processus acta moralem illam in suo genere facti certitudinem haud exhibere videantur, quam hujus judicii sanctitas postulat, opere pretium est, assertam morbi gravitatem, subitamque illius sanationem tertio rigidiori censurae submittere.

34 Testium dicta, qui utramque paginam implent, etiamsi materiali calculo excedant numerum eorum, qui requiruntur ad probatio-

bationem veri Miraculi constituendam, vix tamen dici potest, quod in ore duorum stet omne verbum, aut si de visu, & facto proprio tam Sanatum, quam Ordinarium Curae Medicum recolisse teneant Defensores, utrosque adeo exagerasse timeo morbi gravitatem, ut de facti veritate dubitari adhuc valeat.

35 Ne vero quoad Testes P. Francisci Consodales crambe repetita regeram, sat erit, superque exceptiones rite oppositas adversus eos in superioribus Animadversionibus recolere, primas videlicet *pag.* 8. *ex* §. 19. *ad* 21., novasque *pag.* 19. *ex* §. 38. *ad* 42. Inibi namque demonstratum fuisse videtur, quod si probatio directa, postremum morbi stadium respiciens elicienda foret ab infirmi Consodalibus, idem esset ac illam exquirere a Testibus fugam capientibus e Cubiculo Ægrotantis = *Queste visite furono brevissime per timore d'infezione, e col consiglio de' suddetti Medici D. Vincenzo, e D. Carlo* = *Summar. pag.* 41. §. 176. Si enim exeunte Majo anni 1787. e Neapoli redux P. Franciscus ab Octajano se contulit apud Isabellae Giordani illius Amitae domum = *lontana quasi un miglio dal nostro Convento, tanto più che mi vedevo abborrito, e schifato da miei stessi Religiosi, i quali temevano d'infettarsi col meco pratticare . . . . credendomi ognuno già etico tisico* = *Summar. pag* 18. §. 13.; ibique permansit ad diem usque 30. Augusti, in qua tota ipsius valetudinis conversio facta est; Si denique = *vedendosi abborrito da tutti . . . . . come etico sfacciato, perciò si risolvette di andare a morire in Casa d'una sua Zia per nome Isabella Giordani, dove avrebbe avuto più attenzione, e carità, che nel nostro Convento* = *Summar. pag.* 38. §. 157. Quis tam hospes in adversis, qui postquam aliquod scandalum passus fuerit ex illiberali Apathiae defectu non aeque sensiat, neminem illorum de facto proprio, sed tantummodo de auditu ab ore Sanati, vel a Curae Medico referre potuisse Infirmitatis symptomata Ægrotum perduxisse ad tertium phthisis pulmonalis gradum.

36 Id ipsum fatentur Testes Cœnobitæ inspectis responsionibus datis ad rogationes respicientes peculiares infirmitatis circumstantias. Sic enim P. Andreas a Palma = *Mi ricordo bene di aver inteso dire da Testimonj degni di fede, che i detti Professori Aquila, e Rainone conoscendo, che le medicine applicate al P. Francesco . . . . nulla giovavano, che anzi peggiorava di giorno in giorno, manifestandosi sempre più il marasmo, e la tisi con la macie, e consunsione generale con la perdita delle forze, e la nausea ad ogni sorte di cibo non vollero più prescrivere medicamento veruno, ma solo lo consigliarono di proseguire la dieta lattea* = *Summar. pag.* 37. §. 145. Sic P. Clemens a Palma – *Per quanto intesi dire dai medesimi . . . . il male non cedette punto, e si vide'il medesimo Infermo caduto in una consunzione, e maciamento universale, totale perdita di forze, volto macilente, sparuto, e scarno . . . aveva un continuo itto di vomito, nausea continua ad ogni sorta di cibo . . . – se li aggiunse un dolore, che dalla regione del petto si estendeva alla regione del fianco . . . . seguitava la febbre lenta senza intermissione, e seguitava lo spurgo continuo della marcia . . . . finalmente intesi da coloro, che spesso lo visitarono, come ancora feci io qual-*

 che

che volta ; che se gli erano gonfiati i piedi enormemente fino alle ginocchia, onde atteso l' insomnio, in cui era caduto il povero Infermo, giudicarono tutti esser egli caduto nel Marasmo, ed in una vera tisi confirmata = *ummar. pag.*39. §.159. 160. & 161.

37 Per eadem fere verba prætensæ phthiseos confirmatæ Prognosis de auditu ex ore Cœnobitae Infirmi referunt P. Michael a Palma *Summar. pag.*41. §.181. *ad* §.184., P. Bonaventura a Sarno *Summar. pag.*43. *ex* §.197., P. Seraphinus a Palma Superior Cœnobii, qui semel tantum & raptim visitatum ivit Ægrotum = *e trattai immediatamente licenziarmi* = *Summar. pag.*45. §.211. Quidquid tandem praefati perhibent Testes quoad recensita morbi symptomata, per aures iisdem immissa fuerunt = *per averlo inteso dire dalla bocca dello stesso P. Francesco* = *ho inteso dire da Medici suddetti, che curavano il detto P.Francesco* = *Summar. pag.*46., *& sequen.*, §.220. 221., & 222. Si percuncteris quisnam laethalium symptomatum Prognosin venditarit; Quis denique phthisici contagii timorem injecerit in Testes Cœnobitas, qui = *per consiglio de' Medici* = raro admodum salutabant Infirmum uno stans pede in limine illius cubiculi, dum apud Amitam aegrotabat, intelliges, praefati contagii famam in vulgus editam fuisse non tam ab extraordinario Medico Rainone, quàm a Physico de Aquila Curae Medico. Etsi enim Rainonius aliquoties visitarit Infirmum, antequam Neapolim se conferret, & post illius reditum accersitus fuerit semel ab eodem = *dove di bel nuovo chiamatomi mi disse, che in Napoli* SI ERA DA' MEDICI STABILITO PERICOLOSO IL SUO MALE = *Summar. pag.*33. *in princ.*, graviora tamen phthisis symptomata dein superventa excepit ex ore curae Medici = *ed infatti intesi dal mio Compagno, o sia ordinario Medico di detta Comunità . . . ch'erano sopragiunti al sudetto P. Francesco profusi sudori stimati in quello stato veri colliquativi, e corruttorj* = *Summar. pag.* 32. §. 108. Ingravescente enim infirmitate post reditum P. Francisci e Sepulcro Ven. Servi Dei, in quo lacrymarum copia perfusus spe recuperandae salutis, defecit, sudavit, & alsit, Testem de auditu tantum habemus Medicum Rainone = *avendo BEN ANCHE inteso dal suddetto P. Francesco, che negli ultimi giorni del suo male . . . soffrì dolori acerbissimi* = *Summar. pag.*33. §. 117., Nedum ergo postremis aegritudinis diebus defuit Rainonius, sed longe antequam gravius conflictaretur Infirmus ex ipsa indole dictionis augmentativae = *Anche* = quae casus diversos implicat =, *Rot. cor. Olivat. decis.*418. *num.*7. *tom.*4.

38 A quo nam hinc fonte directa probatio, & a qua denique penu facti veritas? Ex Testibus de auditu, & raptim conversis oculis a Cubiculo Infirmi deponentibus prae contagii formidine, omnia jura vetant in re tam grandi. Ex una itaque Viri Cœnobitae Sanati relatione, & ex altera tantum Physici Vincentii de Aquila apud acta relatis. Fateor utramque divisim omne ferre punctum posse in hanc rem; vereor tamen fluctuantem Provinciam solum ex iisdem aggressos fuisse Postulatores. Libratis etenim sedulo, comparatisque inter se præfatis duabus Relationibus fabre nimis concinnatis, manibus fere contrectatur,

tur; easdem assimilari posse duabus aquæ guttis; ut fusius in novis præsertim Animadversionibus disseritur *pag.* 21. 22., & 23. *ex* §. 42. *ad* 46. Nullum discrimen inter unam, aliamque prætensæ phthisis confirmatæ historiam, prout nullum assignari potest discrimen inter Archetypum, & Apographum, quæ Actorum multiplicitatem excludunt, ex quo simplex, & unum revera sint.

39 Demus, his tamen antehabitis, in eam fuisse opinionem adductum Medicum ab Aquila, & cum eo Ægrotantem Cænobitam, (qui relationem sui Medici transcripsisse videtur), ut res esset de vera phthisi pulmonali, confirmatoque Marasmo ex symptomatibus recensitis continuæ videlicet tussis, qualitatis puris, febris ethicæ, nauseæ cibi, decubandi impotentiæ, cruentis orinarum coloris, vocis raucedinis, & crurum ædematis; His adde quantum libet sudores ab Infirmo passos post enixas preces Ven. Antistiti porrectas, & post cibum sapidè sumptum, atque retentum, fuisse revera colliquativos, atque læthales, nondum tamen probata videtur gravissimi cæteroquin morbi Prognosis.

40 Quinque Religiosi Viri, qui apud acta testimonium dixerunt, postrema morbi symptomata exceperunt vel ab ore P. Francisci post illius sanationem, vel ab ordinario, & extraordinario Medicis, quorum sermo ad illorum aures allapsus est post rerum conversionem; hinc quoad probationem veri Miraculi demendi sunt Testes auriti. Nulla ratio haberi potest de relatione Medici Rainone, qui canis leporini more, raro admodum invisit Infirmum, dum apud illius Amitam manebat, quive dum inter alios Testes contagium pertimescebat, peculiares morbi circumstantias audivit a curæ Medico. Totum hinc directæ probationis momentum coercetur ad binas depositiones, quæ si unam, eamdemque relationem constituunt quoad postremas morbi circumstantias tres nomine tenus apud acta relationes habentur, non excepta relatione Rainonii, sed reipsa ad unam tantum reducuntur; De testimonio enim Rainonii nulla ratio haberi potest ex Animadversis. Delineata morbi symptomata in depositionibus P. Francisci, & curæ Medici in unam desinunt; Ergo non duo, vel tres Testes morbi gravitatem probant, sed unus erit Testis, & una Relatio, quæ rem conficit omnem ex juris regula = Si alter de auditu ab altero, & alter de visu ab eodem perhibeant quam exornat *Rot. in Romana Pecuniaria* 23. *Januarii* 1807. §. 8. *cor. R.P.D. Bardaxi*.

41 At quamvis symptomatum congeries graphicè adumbrata per eadem fere verba in substantialibus a Religioso sanato, & a curæ Medico ab Aquila phthisis pulmonalis gravitatem exhibeat, cum tamen hujusmodi morbi stadia plura sint juxta *Willisium insinuar. cap.* 50. *pag.* 106. *imminentis*, videlicet, *imminentis incipientis*, & *confirmatæ*, quæ sine *insigni* viscerum, & humorum Dyscrasia, & læsione non datur, Postulatorum partes erunt ad evidentiam usque demonstrare quod ex naturæ viribus, sive Crisis ope, favente Deo, ad præces Venerabilis Antistitis sanari quasi extemplo haud potuerit Infirmus, quia morbus ad Tertium phthisis gradum die 29. Augusti jam pervenerat, ac propterea illius sanatio vero Miraculo adscribenda sit. Quo ad pri-

nam tamen demonstrationis partem pertimesco, quod id pensum, veluti par est, peragere valeant Defensores; Huic enim in primis obstare videtur prudens Ecclesiæ consilium, quo cavetur, quod in qualibet dubietate verum Miraculum sit excludendum, si effectuum naturalium causæ, eorumque facultas aliquo pacto portentosam sanationem secum ferre valeant, ut ex pluribus patet exemplis. Nil profecto cohærentius naturæ viribus plerumque ignotis, quam ut phthisis pulmonalis sanatio obtenta fuerit a Viro Cænobita de Octajano, adjuvante Domino; Cum enim non desint argumenta id ipsum demonstrantia, inter admiranda potius, quam inter Miracula recenseri debet sanationis portentum.

42 Facti series aliquantisper revocanda erit, ut ex ea scateant vis naturalis prodigii, & phænomena sanationis. Ex Actis Nucerini Processus patet, quod accepto per Virum Cænobitam responso Physicorum Parthænopensium, quorum judicio = *si era stabilito pericoloso il suo male* = *Summ. pag.* 33. *num.* 115., ipse remeaverit in Patriam apud illius Amitam, quodve inibi Phthisis Pulmonalis symptomata dietim invalescebant; Hinc ad incitas redactus Infirmus naufragii Tabulam arripuit, & quo potuit, reliquarum virium subsidio sepulcrum adiit Venerabilis Servi Dei, qui nuper ad Superos evolaverat cum fama Sanctitatis. Inibi etiamsi precibus omnibus Illum exoraverit, ut fugientem jam vitam revocaret, adhuc tamen = *non fui degno allora di ricevere la bramata grazia, che anzi me ne accorsi, che il mio male vieppiù deteriorava di momento in momento, poichè li sintomi maligni non solo persistevano nello stesso piede, ma anzi diventavano pessimi* = *Summar. pag.* 20. §. 26.

43 Quid hinc supererat, nisi vehementiore animi motione Omnipotentis Dei pietatem flectere; Ad hunc effectum, Exhomologesi suscepta, = *restato solo seduto sopra il mio letto . . . . nella sera medesima dei* 29. *Agosto presi nelle mie mani il pezzetto di Camicia del Ven. Servo di Dio, e pieno di fiducia colle lagrime agli occhi applicandolo alla gola, ed al petto, indi all'Abdome, ed alla gola feci questa preghiera, come ben mi ricordo. Caro mio D. Alfonso, ora io voglio vedere, se veramente sei caro a Dio . . . non voglio morire di questa morte così schifosa . . .* *Summar. pag.* 21. §§. 33. & 34. Præce dicta, talibus comitata affectionibus animi, fieri potuit, ut parte ex una imaginationis vis, & concitata recuperandæ salutis fiducia Crisim naturali conatu pepererit, morbumque omnino propulsaverit, ex altera vero subitam fere virium reintegrationem obtinuerit Infirmus ab implorata intercessione Ven. Antistitis.

44 In exclusionem veri Miraculi tali pacto rem definire videtur Benedictus XIV., cum sermo est de instantanea sanatione morborum, in quibus Metastasis locum sibi vindicare potest *lib.* 4. *Par. I. Cap. ult.* §. 34. = Quandoquidem ipsam quoque Crisim potest Deus præmittere, usus videlicet naturali instrumento ad sanitatem illi concedendam, qui ad Dei Servum, vel Beatum confugit, cujus sanitatem, media illa sanatione, vult manifestare = Quidquid post preces ab Infirmo effusas supervenit, demonstrare videtur, quod instrumentum naturale, cujus ope usus est D. O. M.,

M., ad intercessionem Servi suì erga sanatum Cœnobitam ; fuit flagrans desiderium illud, seu potius Infirmi pervicacia Amitæ pandita vescendi videlicet = *In un brodo preparato di carne vaccina, di rane, e di amandole sconfitte alcuni pochi tagliolini* = quos = *infatti li mangiai, e li ritenni felicemente contro il solito* = ex duriosculo hujusmodi pulmento = *presi doppo un dolce sonno per cinque ore continue, presso il quale mi risvegliai, e mi trovai bagnato da capo a piedi di sì copioso, ed eccessivo sudore, che ne restò bagnato tutto il materazzo, non che le lenzuola, e li cuscini* = Cum tamen Crisis nondum cursum exegerat suum, deterso propterea sudore = *di nuovo poi mi addormentai, e nello svegliarmi la mattina mi trovai egualmente bagnato, come prima di sudore* = *Summ. pag.* 22. *in princ.* Habes hinc Crisis effectum ex reiteratis copiosissimis sudoribus ab imaginatione, vehementi fiducia, & cibo retento partum; habes sanationem, non extemplo redditam, sed = *E assi i tre giorni predetti cessò intieramente la suddetta tosse, e per grazia di Dio, e del Servo suo non sono più caduto in detto morbo* = *Sum. pag.* 23.

§. 42. Non de vero Miraculo instituendum esse sermonem videtur, sed ex adjunctis infirmitatis circumstantiis sanatio P. Francisci Miraculi speciem, sive gratiam tantummodo præsefert, non vero portentum ab Ecclesia comprobandum, ut docere pergit laudatus *Benedictus XIV. loc. cit.* ibi = *Verum aliud est Miraculum in se, & coram Deo tale esse, aliud est Miraculum approbari posse ab Ecclesia, quae judicat dumtaxat de externis; ideoque libenter admittimus istiusmodi sanationem a Deo fieri posse; sed eam dicimus regulariter non posse uti talem approbari ab Ecclesia, quae videns Crisim, & causam ejus ignorans, aut judicium suspendit, aut fert pro natura* =.

45 In casu denique, de quo est quæstio, deesse pariter videtur extremum instantaneæ & perfectæ sanationis Viri Cœnobitæ ab Octajano. Etiamsi ipse portentum evehexerit ad sydera in sua Relatione, fatetur tamen, quod lapsis tribus a recuperata valetudine diebus = *cessò intieramente la sudetta tosse* = eo autem ipso fit, ut illius valetudo ab phthisi pulmonali, quae ferinam tussim perpetim produxerat, inter Miracula recenseri nequeat, quia non extemplo perfectam obtinuit sanationem post enixas illius preces, de *Rosa Tract. de Exequut. & Jud. Remissorial. num.* 176. ibi = *Quare sanationes ab infirmitatibus ut reputentur Miracula*, in instanti, & illico *ad Invocationem Sancti contingere debent, quia cum miracula dirigantur ad reddendam certam Ecclesiam Militantem de sanatione alicujus Viri &c. certissime constare debet, quod sint effectus supranaturales, & a Deo procedentes*; *si enim* successive *contingant non potest indubitate constare sanationem, seu effectum esse miraculosum* =

46 Hujus generis prædicari potuisset Viri Cœnobitæ sanatio, si denique ex Actis Nucerinæ Inquisitionis probatum undique foret, Phthisim pulmonalem, qua laborabat Ægrotus, post reditum e Civitate Neapolis secutum die 27. Maii, ad Tertium Phthisis gradum pervenisse, ex eo tempore ad diem usque 29. Augusti ejusdem anni; tunc enim Crisis effectus esset omnino despiciendus. Ad hujusmodi vero limites haud defluxisse videtur ex pluribus

ribus. Si enim intuendo Phthisis confirmatæ morbo assiduam præbuisset operam Physicus ab Aquila, nescio an is, atque amita P. Francisci supervixissent Infirmo; nam quum inter cætera symptomata=*seguitò l' espettorazione della marcia sanguigna e puzzolente al solito peso di libre quattro, e più* = In singulos dies *Sum. num.* 21. §. 27. juxta exempla, quæ ab Auctoribus in contagiis phthisicis referuntur, scitum est, Phthisicorum confirmatorum sputa adeo contagiosa esse, ut ex illorum olfactu in ejusdem naturæ morbum rapiantur hi,qui sæpe adstant Infirmo, ut præ cæteris referunt *Joan. Bapt. Mortonus*, *Sylvius tract. de Phthisi* §. 70. *Schenck in observ. pag.* 256. & *Riverius in prax. lib.* 5. *cap.* 4. *observ.* 92.

47 Prodeant nunc signa Diagnostica morbi, quæ Phthisis confirmatæ prognosin suasere curæ Medico, ejusque Infirmo. Et quidem etsi gravissima cæteroquin fuisse fatear,non ea tamen esse vereor, quæ Marasmi probationem exhibeant, nec insanabile illud demonstrare valeant. Præterea, quæ naturali exagerationis impulsu, in rebus admirabilibus, a Religioso sanato, & curæ Medico recensita fuerunt in eorum syncronis relationibus, & alia concurrere debebant, ut quælibet ambiguitatis umbra in irritum cederet; desunt hæc in facti specie, quamvis plurimi faciant eadem sapientiores Clynici, & præsertim *Sylvius lib.* 1. *in prax. cap.* 37. *in spec.* 17. *Ettmuller. loc. cit. verb. Phthisis in illius Diagnos. part.* 2. *tit.* 1. *pag.* 398. ibi = In confirmata successive tabe, præter faciem dictam Hippocraticam, costae in thorace protuberant: cartilago ensiformis incurvata apparet, scapulæ alarum, ac claviculæ arcunm instar prominent, dorsi spina se exerit, venter collapsus, constrictusque apparet; clunes pendulæ sunt, vel omnino consumptæ; crura, brachia, pedes, manusque cum digitis arida spectantur, & circa articulos protuberantiæ attolli videntur, ungues curvantur, pili excidunt, cutisque flaccida & corrugata existit; venæ interim prominent undique conspicuæ, & lividæ.

48 Defectus hujusmodi signorum sollicitudinem clarissimorum Postulatorum revocat; Cum enim silentio præteriri nequeat, ad hoc ut facti veritas magis elucescat, haud supervacaneum foret alterum exquirere pro veritate responsum, quod tantæ auctoritati faciat satis. Elucubratissimum illud non minus quam solidioribus Artis Medicæ principiis refertum egregii Viri Josephi Belli In Archilicæo Romano Antecessoris plurimum existimo, sed quum ipse fide bona adhæserit relationibus tam curæ Medici, quam alteri extraordinarii Physici Ralnone, & Cænobitæ viri ab Octajano, qui Phthysim a Vomica pulmonali, græce Empyema acceperunt in majus, inito fædere, nil mirum proinde quod Medicus Belli in eam venerit sententiam, ut infirmitas, qua P. Franciscus afflictabatur, revera fuerit Phthisis a vomica pulmonali parta, utque relatus morbus ad Tertium pervenerit gradum, sive Marasmum adeo quidem, ut sanatio mira, ac supra naturæ vires censenda sit, veluti ex integro patet Voti tenore sancte reddito *pag.*2. *ex* §.1. *ad fin.*

49 Inter hæc tamen pertimesco, rationem nullam, nullumque pondus datum fuisse curæ methodo, pharmacisque Ægroto ad rem subministratis integro septimestralis infirmitatis decursu, vulnerario-

rariorum scilicet ac diætæ præsertim lacteæ a Physicis Parthenopensibus P. Francisco assignatæ, & a Curæ Medico demum præscriptæ *Summ. pag.* 20. §. 21. & *pag.*25. §. 63., & ab eodem constanter observatæ usque ad mirabilem illius sanationem. Nemo ignorat quanti profecto valeat constans ac longus lactis usus ad recuperandam vel diutius servandam valetudinem, etiam in Phthisis pulmonalis morbo, tunc cum non adhuc supremum attigerit infirmitatis gradum. *Ettmuller. loc.cit. in Prognos.* ibi = *Et quidem in gradu secundo vulnerariis & laudabili Diæta, ut interdum curari, ita ulterior progressus interdum per plures annos retardari potest* = & in curæ methodo ab eodem Scriptore tradita *ibid. pag.* 401. *col.*1., ibi = *Corpus nutriatur id quod Diæta laudabilis præstat .... in specie lactea quæ & Chylum subdulcem & subpinguem, & probe divitem sugerit, simulque sanguinem temperatum, & quasi chylosum reddit* = magis autem pro sanatione locum sibi vindicare poterant præstita remedia, quia non rumpebantur vomicæ circa vigesimum & interdum trigesimum, aut quadragesimum diem, ut accidere solet plerumque in Phthisi ex vomica pulmonali, juxta sensum cit. *Etmuller pag.*601. §. Cum ergo, sed= *l'apertura di dette vomiche ordinariamente succedeva ogni sei in sette giorni, ed al più raro tra otto, o dieci* = *Summ. pag.*18. §. 5.; Facilis hinc erat expectoratio puris, & sanguinis, quod inter optima Prognosis signa recenset præfatus *Ettmuller pag.* 602. *col.*1. §. 1. Multa præterea manent exempla, queis edocemur Phthisicos vomica pulmonali affectos, lacteæ Diætis ope, sanatos fuisse. Etenim præter illud relatum in novis animadversionibus *pag.*26. §. 51., præcipua animadversione dignum est alterum, quod refert *præclar. Isbrand de Diemerbroeck Medicinæ & Anatomes Professor Oper. Medic. pract. observ.*30., qui curam suscepit cujusdam Ludovici Guilelmi. =Maxima tussi (ait ipse) correptus fuit a catharro acri & salso ad pulmones descendente. Paulo post sanguinem bona quantitate tussiendo rejecit: Non diu post hoc sanguinis sputum, etiam puris sputum insequutum est. Præter hæc admixtus erat his rejectionibus spumosus quidam mucus: Qui magna quantitas puri & sanguini permixtus quotidie reijciebat. Huic morbo etiam parva aderat febris .... Æger totus extabescebat, & adeo raucus evadebat, ut vix loqui posset amplius. Conquærebatur de interno gravativo sinistro pulmonis dolore ... Decubitus in dextrum latus molestus erat. Interdum tussiendo fere suffocabatur.

50 Ad hujus morbi curationem multa variaque longo tempore adhibui remedia, quibus catharri sisti, tussis imminui, ac leniri, expectorationes promoveri, & pulmo exsiccari, atque sanari posset .... tandem his omnibus nihil proficientibus, & ulcere quotidie in pejus abeunte, cum Ægrum jam ab omni remediorum usu aversum, corpore ad extremam maciem sceleti instar tabefacto, viribusque magis magisque deficientibus, viderem, a medicamentorum usu aliquandiu abstinere coacti fuimus. Interim ad virium refectionem quotidie ... lactis caprilli recens mulcti, & adhuc tepidi, haustum bibere jussi .... Hujus lactis

etis usum cum per duas, tresve septimanas continuasset, cœpit tussis multum imminui, & pulmo exsiccari, parum quoque rejecit, & in dies fortior evasit Æger. Continuando autem in ejusmodi usu usque ad tertium mensem, ulcus pulmonis plane consolidatum fuit, & a periculosissima tabe feliciter evasit Æger, neque deinceps multis annis quidquam aliud in pectore percepit. Si morbi symptomata inter se comparentur, eadem esse ferre reperient Sapientissimi PP.; Curatio, atque lacteæ Diætis usus trimestralis æque idem: Quid hinc de Phthisi a vomica pulmonali parta sentiendum? Quodnam de vero Miraculo Judicium?

MIRACULUM III.

Repentinæ, absolutæque Sanationis Caroli del Vecchio *Clerici Tyronis SSmi Redemptoris ab Hæmophthysi cum acuto pectoris, totiusque Corporis dolore Rheumatico, tussique violenta.*

51 Actionis subjectum, quod hic Supremo S. V. Judicio exhibetur, ni aliquatenus, nimio Postulatorum zelo protueretur, nescio quo nomine definienda foret mox relata miraculi Epigraphes (a). Enim vero si Clerico del Vecchio, dum Tyrocinium agebat = *Sebbene gracile di complessione* = *Summ.pag.54.* §.22; & in tenero adhuc ungui annorum sexdecim, præter repentinam perfectamque valetudinem a vera Hæmophthysi cum relatis adjunctis, *Novum* robur post sanationem accessit, & æs triplex circa pectus erat = *In una parola posso dire, il petto essere in me divenuto DI BRONZO, di modo che potrei fare qualunque sforzo, e qualunque azione senza timore veruno* = *Summar. pag. 52.* §. 13., quæro primum, cur nam portentum commutatæ quoque habitudinis corporis, potius quam ad majorem causæ splendorem, sive, ut ajunt, *extra numerum*, recensitum haud fuerit inter Miracula secundi generis?

52 Noverunt itaque ipsimet Postulatores egregii, Tyronem del Vecchio extemplo, ac miraculose sanatum minime fuisse a vera Hæmophthysi cum imminenti vitæ discrimine, sed rem secus sese habuisse. Ea enim, quæ ad fulciendam illorum opinionem maxime pertinent, ad actionis ornatum frustra dixisse vereor, cum procul abesse videantur extrema, quæ ad constituendam veri Miraculi rationem necessaria sunt, probatio scilicet subitæ sanationis a vera Hæmophthysi viriumque restitutio e cœlo delapsa. Hinc plurima Testium instabilitas inter acta Inquisitionis ordinariæ, & ea, quæ per eosdem tradita sunt Processus Apostolici Tabulis; Ignota hinc, aut saltem dubia morbi causa: Exagerata plurimum infirmitatis symptomata, ac incertum tandem, num sanatio tribuenda sit Invocationi Ven. Alphonsi Mariæ de Ligorio, seu potius Pharmaco Æthiopis mineralis.

De

(a) Responsum suspensivum omnium fere Consultorum, idipsum confirmare vi detur.

53 De his cum pleno calamo actum fuerit in primis, novisque Animadversionibus *pag.* 20. §. 19. *& seq.*, *& pag.* 32. §. 65., ubi sat prata biberunt, restat solummodo, ut quo ad præfata extrema breviter pro ratione muneris aliquid superaddendum veniat. Orationis initio princeps actionis fundamentum, nempe indoles, atque morbi natura, quam etiamsi Franciscus Desiderio curæ Medicus in tertio examine anni 1802. apud acta Processus Apostolici Nucerini definierit = *Una vera Emottisi* = *Sum. pag.* 55. §. 82., idque post lapsum annorum quatuordecim ab expleta curatione, video tamen in Processu ordinario, depulso vix fere morbo, sub anno 1788., diversum protulisse judicium, ac infirmitatis diagnosin = *verso li* 10. *Marzo del corrente anno* 1788 *essendosi infermato il Novizio D. Carlo del Vecchio . . . . DI UN REUMA DI PETTO con difficoltà notabile di respiro, con tosse convulsiva continua, e con dolore spasmotico fisso nella regione del petto fui chiamato come Medico ordinario* = *Sum. pag.* 56. §. 37.

54 Eamdem infirmitatis originem recenset in ordinario Processu, atque initio morbi P. Laurentius Nigro Tyronum Magister, qui refert, Clericum del Vecchio = *Per una fatica forte fatta . . . nel servire a Tavola . . . . fu assalito da un male di petto con tosse convulsiva, e violenta, che gli cagionò anche sputi di vivo sangue, che i Medici mi dicevano, che nasceva da offesa di polmoni* = *Summ. pag.* 63. §. 79. In Processu Apostolico vero anni 1802., in quo passæ infirmitatis seriem curæ Medicus retulit ex ore Sanati *Summ. pag.* 54. §. 22. quamvis veræ Hæmophthysis verbum exciderit in illius relatione, adhuc tamen Rheumaticum pectoris dolorem & cætera morbi Pathemata processisse sibi suadet a gestatione gravis oneris in deferendis epulis discumbentibus, & a neglecto sudore per Tyronem del Vecchio = *In trasportando una volta una tavoletta pesante pel troppo numero de' piatti, gli occorse di sentirsi come un colpo nel petto, che glielo lasciò addolorato con forte, ed acuto dolore, ed esso malgrado proseguì a servire fino alla fine della Tavola, dopo la quale SEBBENE SUDATO SENZA CAMBIARSI si pose a letto* = *cit. pag.* §. 23.

55 Audiatur deinde P. Deodatus Criscuoli in Processu ordinario examinatus die 19. Junii 1788; Is ex non deterso opportune sudore, Rheumate pectoris affectum fuisse Tyronem del Vecchio perhibet = *Ritrovai il detto Novizio . . . in pessimo stato di salute PER UN REUMA, da cui era stato assalito . . . . che per quanto mi fu riferito da nostri Individui, e dal Medico D. Francesco Desiderio li produsse sul principio del male dolori vaghi nella moscolatura, debolezza, e lassezza in tutto il corpo . . . cagionatogli il detto reuma da traspirazione attrassata per il sudare, e raffreddare, che avea fatto in una fatica straordinaria nel servire in Tavola* = *Summ. pag.* 59. §. 57. Maximum intercedit discrimen inter pectoris Rheuma a gravi labore partum, & non opportune deterso sudore acquisitum, & veram Hæmophthysim juxta *Willisii* sententiam in *Pharm. Ration. part.* 2. *pag.* 151. Pluries de Rheumate pectoris, ac de sudore represso loquuti sunt fere omnes Testes Consodales, & curæ Me-

 dicus

dicus; qui cum de vera Hæmophthysi semel habuit sermonem; summis labiis, atque hærens animo, talem sibi apparuisse dixit = *sembrami a mio giudizio l' infermità sofferta essere stata una vera Emottisi* = Jam vero in hac rerum ambiguitate, in qua nescis quo pedem figere, quoad morbi Diagnosim, nemo prudens in tanta judicii severitate ab vera Hæmophthysi magis quam a Rheumate pectoris, Clericum del Vecchio sanatum fuisse jurabit; Si ergo facti veritas in ancipiti manet ex actis; Si denique morbi causa, ejusque effectus undique nutant, jure meritoque timeo, erroneam penitus, & præter modum exageratam esse prætensi miraculi Inscriptionem.

56 Adde, quod potiora morbi symptomata a Testibus Consodalibus in aprico posita sunt apud Processum Apostolicum longe postquam rerum conversio facta est, anno videlicet 1797. *Summar. pag.* §. *in fin.*, *pag.* 60. §. 62., A curæ Medico sub eadem temporis epocha primum *Summ. pag.*53. §.19., ac deinde serius quam par esset anno 1802. Exagerationis itaque suspicione non vacat historia morbi apud acta relata post longam temporis intercapedinem, quæ oblivionis præsumptionem præsefert post decennium, præter oscitationis notam ex lapsu temporis, quod intercessit inter sanationem, & examen Physici curantis, Tyronis sanati, aliorumque Testium ejusdem Instituti.

57 Gravissima etenim assertæ Hemophtiseos Pathemata, quæ recensere sategit apud acta Clericus del Vecchio, cujus vestigia pressit curæ Medicus, si ad critices lancem appendantur, laxa fiunt; Nonnihil tribuendum est exterritæ imaginationi Juvenis Tyronis dum ægrotabat; Reliqua vero elargienda sunt studio causæ Parentem optimum respicientis, qui ad Coelum proxime evolaverat cum fama sanctitatis. De tenuissima sanguinis quantitate raro admodum, & per intervalla ex ore dejecta impellente tussi, discrimen est inter ipsos Testes, ut ex præcedenti censura patet in eam rem; Enarratos denique pectoris dolores, qui defixum in lectulo tenebant Ægrotum, minuit longa commemoratio emphatice apud acta relata post sanationem. Ex ea habetur, quod sanatus circumferendo per Triclinium = *Una tavoletta pesante . . . . gli occorse di sentirsi come un colpo nel petto, che gli lasciò addolorato con forte, ed acuto dolore* =. Quis sibi suadeat animo, quod eo non obstante = *proseguì a servire fino alla fine della Tavola, dopo la quale sebbene sudato senza cambiarsi si pose in letto, su cui non poteva trovar sito per lo spasimo* = *Summar. pag.* 54. §§. 23. & 24. Si pectoris dolor ad spasmatis gradum pervenerat, non video quomodo discumbentibus idem ministerium usque ad Gratiarum actionem cohibere, ac deinde placide somnum capere potuerit = *Ma finalmente prese sonno, e svegliatosi poco dopo si sentì tutte addolorate le membra, ed aumentato il dolore nel petto*, nec qui fieri poterit, ut post relatam quietem dolor ille, cui spasmatis nomen tribuit Sanatus, Herculis columnas, ut ita dicam, superarit.

58 Nec satis: Invito spasmate = *Sforzossi per quanto potè di far gli atti comuni del giorno . . . ma non reggendosi ricorse al Maestro de' Novizj* = *Summar. pag.* 54. ex §. 23. ad 25. Conferan-

rantur modo quæ alibi narrat, & morbi symptomata plurimum amplificata fuisse comperies = *alli 12. di Marzo di questo corrente anno 1788. mi sentii una grande asprezza nel petto, la quale s' incominciò ad avanzare A POCO A POCO, tanto che mi si fissò un dolore insoffribile nel petto . . . il male in cambio di cedere sempre più s' inaspriva . . . il dolore cresceva, ed era insoffribile SENZA POTERMI MUOVERE DA NIUN LATO* = *Summ. pag.* 53. §. 14. *ad* 17. Vel cubat itaque in mendo quidquid Ipse retulit paulo ante, cum sermonem habuit de gravissimo dolore in regionem pectoris illato ex gestatione ponderis supra vires = *pel troppo numero de' piatti gli occorse di sentirsi come un colpo nel petto* = Vel si standum est his, quæ mox relata fuerunt, & ex quibus eruitur quod attento gravissimo dolore neutro poterat decumbere lateri, magis quam exprimi possit, Rheumatis causam assignat volens nolens, non autem veræ hemophthysis juxta *Savvagesium ad Aphorismum* 1285. = *Cognoscitur . . . AB IMMOBILITATE QUÆ IN RHEUMATISMO, Arthritide, luxatione, & fractura ACCIDIT.* =

59 Sanguinis excretio unde erutum est veræ Hæmophthysis vocabulum post lapsum sex dierum apparuit *Summ.pag.*53.§.16. Contra vero = *Grande asprezza di petto . . . dolore insoffribile nel petto . . . tosse secca, e convulsiva* = & alia ejusmodi illico post ictum in pectoris regione, neglectumque sudorem passus est Tricliniarius. Dic nunc, si potes, morali certitudine, qua prodigia nituntur, num sanguinis excretio originem duxerit a pectoris Rheumate, seu potius a vera Hæmophthysi. Causa cruoris proxima tribui nequit interno ictui ex gravi onere illato, quia statim sanguis apparuisset, naturali ratione duce, sed etiam ex eo quia de hujusmodi ictu silentium servavit Clericus Tyro, cui maxime intererat in ipso morbi vestibulo, curæ Medico patefacere pro illius animi instructione,nec cæteroquin de relato symptomate loquuntur acta, nisi post lapsum plurium annorum, Testesque de eo deponentes de auditu ab ipso Sanato id ipsum retulerunt; contra vero de nimia pectoris exasperatione non semel, sed tertio quoque verbo deposuit Clericus del Vecchio, & Curæ Medicus, *Summ. pag.* 51. §. 1., *& pag.* 53. §. 14.; Sic cæteri Testes contubernales cum referunt infirmitatis Pathemata, eadem excepisse videntur ab ore Sanati, a quo grandiloquas infirmitatis expressiones intellexerunt, hisque nititur morbi Diagnosis, quam Inquisitionis Tabulis tradidere tam curæ Medicus, quam Peritus ex officio accersitus, ut votum pro veritate redderet, & quibus tandem adhæret Postulatorum defensio, qua lato patet. Si enim præcipuas morbi circumstantias ob oculos habeamus, dempta exageratione, redit, principem morbum Tyronis del Vecchio purum, putumque pectoris Rheuma fuisse, cujus præcipui effectus plerumque solent esse dolor pectoris, qui reliquos corporis artus occupat, tussis, dispnea, seu spirandi difficultas, & quandoque ex intervallo sanguinis excretio, quæ in casu, de quo agitur, post sex dies apparuit, interpolatis vicibus ab Infirmo ejecta, & morbus non semper in sua gravitate permansit; Scimus enim, quod post postremam sanguinis missionem trium fere dierum quies successit.

D 2 A facti

60 A facti veritate vero, etiamsi liceret ad hypothesim transgredi, non inde tamen sanatio ad Miraculum referri posse videtur, vel quia morbus insanabilis foret, vel curatu difficilis; Pone sanguinis excrectionem non ab impellente tussi Rheumatica ortum duxisse, sed a transvecto gravi onere, unde repentinus pectoris ictus Hæmophthyseos causa fuerit; Quid inde? In irritum cederent tamen Postulatorum vota ex Medicæ Artis observationibus, in casu cæteris paribus huic nostro simillimo, quem refert *de Diemerbroch Oper. Medic. pract, abserv.56. verb. Hæmophthysis pag.673.edit.ann.1687.* = Joannes Hugo *tubicen.* . . . cum nimia violentia cantilenas aliquot tuba cecinisset, atque inde valde incaluisset, paulo post obscurum in pectore sensiit dolorem, & simul etiam cum tussicula sanguinem spumosum, sed paucum expuere cæpit, adeoque debilis evasit, ut anhelitum vix trahere, imo nec stare quidem, nec loqui posset, sed continuo supinus in lecto jacere cogeretur . . . inveni Ægrum absque febri, sed valde debilem, quæ debilitas ab anhelitus defectu aliquo proveniebat, nam thoracem ad lubitum extendere & contrahere nequibat, cujus mali hæc causa erat, quod *fortissima* illa tubæ inflatione musculos thoracis magna, & nimia violentia intendisset, atque hinc adeo debilitasset, ut postea rursus contrahi nequiverint. Sanguinis autem sputum, quod non erat copiosum, ab exili aliqua in pulmone disrupta (venula) originem habebat. Curationem aggressurus primo convenientem Diætam præscripsi: secundo alvum medicamento leniente subduxi: Tertio e mediana dextri brachii sanguinis libram extraxi. Denique ceratum toti pectori applicandum præscripsi . . . , hoc facto, statim maximum levamen sensiit Æger, atque anhelitum multo liberius, & fortius attraxit . . . . sanguinis sputum una cum tussi prorsus desiit . . . . musculi thoracis adeo firmati sunt, ut Æger nullis aliis medicamentis opus habuerit, atque etiam sine prædicto cingulo rursus optime tuba caneret.

61 Læthalia vero haud fuisse, præter hæc, morbi Pathemata demonstrat, quod tam curæ Medicus, quam Religiosi contubernales penitus despexerint Sacramentorum Ecclesiæ ministrationem, quorum nulla cura ipsos tetigit; difficultatem non exæquat præsumptio, quod eadem scilicet supponenda sint in Religiosis domibus, quodve silentium apud acta servatum non aliam vim exerere valeat, quam argumenti mere negativi; Hujusmodi etenim reticentia non in linea simplicis argumenti negativi capienda est, sed vim argumenti positivi juxta Criticen Canones assumit, quoties ea, quæ reticentur, exprimenda sunt, vel quia ad rem plurimum pertinent, vel quia probationis fundamentum constituunt ex Testium dictis numero, præsentia, officio, & charactere spectabilium.

62 Undique propterea claudicat primum Miraculi extremum in quo omnes deesse videntur characteres veri prodigii, gravis nempe morbi, ac jam prorsus desperati, ablato quolibet vel artis, vel naturæ præsidio; Quæ cum ita sint, proprio pondere ruit repentina, absolutaque sanatio Tyronis del Vecchio, primo quia non extemplo Sanatus dici possit; Curæ etenim Medicus fatetur = *Averlo fatto stare per cautela, ed assicurarmi del fatto, qualche*

che giorno al letto = *Summar. pag.* 55. §. 30. Secundo quia in ancipiti manet, num sanatio tribuenda sit invocationi Ven.Servi Dei, seu potius efficaciæ Etiopis vegetabilis; Accepto enim per curæ Medicum nuncio sanationis cum ad Infirmum accederet: *Non occorre più Medici, giacchè abbiamo il nostro Medico Monsignor Liguori* = statim respondit = *Godo di questo fatto, ma lo credo effetto dell' Etiope dato* = *Summar. pag.* 54. §. 20. atque alibi = *Alcuni di quei Padri giulivi ed allegri mi dissero non bisognano più Medici, mentre Monsignor Liguori nostro Padre l' ha fatto da Medico, e le ha ottenuta la grazia. Mi ricordo benissimo di aver loro risposto, che la grazia fatta l' aveva l' Etiope vegetabile* = *Summar. pag.* 55. §.28.

63 Ex actis Processus Ordinarii, & Apostolici patet, curationis Physicum nullis prorsus pepercisse medelis ad propellendum pectoris Rheuma, sedandamque tussim, & sanguinis excrectiones, earumque præsidio post tertiam sanguinis missionem, Infirmus: *la notte susseguente dormì placidamente .... e così seguitò per tutta la giornata del Lunedì Santo, e notte seguente* = *Summar. pag*; 58. §. 47. In quolibet hinc dubio adhibitorum Medicaminum efficaciæ sanatio tribuenda est, ne inopportunè Miracula confingantur, seu tradit *Benedict. XIV. de Canon. lib.* 4. *part.* 1. *cap.*8. *num.*8., ibi = *Posita applicatione Medicamentorum in Judicio ferendo pro regula statui potest, sanationem non miraculo, sed viribus medicamentorum esse adscribendam, dummodo tamen medicamenta fuerint apta, & potuerint proficere ... quando autem res est dubia, quum non sint multiplicanda miracula, sanatio in eo rerum eventu naturalis erit censenda.*

Quæ scripta sint sub censura &c. salvo &c.

Andreas Cavalli S. Fidei Promotor.



NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VENERABILIS SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ
DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris
ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum

RESPONSIO

AD NOVISSIMAS

ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu, & ad effectum de quo agitur?

BEATISSIME PATER

Plausit cum Roma LIGORIUS dum TE sancta Civitas desideriis icta fidelibus jam nimium diu expectatum Pontificem invictissimum, Patrem amantissimum, Principem gloriosissimum sibi divinitus redditum trumphantem excepit. Ubi enim nobis primum augustissimus vultus Tuus instar veris affulsit, Ligorii Causa una ex omnibus in hoc amplissimo Senatu discutienda venit; perinde ac Sacer Antistes, quem immortalis Pontifex Pius Sextus Apostolicæ Sedi addictissimum amplissimis Litteris declaravit (a) TIBI in Petri Sedem feliciter reduci cum exultante Urbe gratularetur. Civium autem plausus, lœtosque dies, & Urbis publicum ludum super impetrato Sacratissimi Principis reditu

A tam

(a) Sa. me. Pius VI, in Apost. Litteris datis apud S. Petrum die 29. mensis Aprilis 1796.

tam ornate, graphiceque describit eloquens Fidei Promotor, ut iis addere detraxisse videretur.

2 Quamquam vero tanta, tamque multiplici celebritate, cujus certe nullum in omni antiquitate extat exemplum, & tot tantisque grati animi significationibus plus vice simplici TE sinu suo complexa sit Roma; Tua tamen in eam, & in universam Christianam rempublicam merita, MAXIME PRINCIPUM, tam magna, ac praeclara sunt, nulla ut umquam aetas dignis laudibus per titulos, memoresque fastos in aevum aeternet. Ea nimirum sunt, quae fortiter sancteque gerenda, quaeque ingentibus sane, secundisque laboribus in Urbem, & in universum, qua late patet, Christianum Orbem, conferenda curasti tum ornamenta dignitatis, tum praesidia stabilitatis suae, ut nemo sit tanta eloquentia, tamque divino, atque incredibili genere dicendi, qui eorum magnitudinem, non modo oratione ornare, sed enumerare, aut consequi possit.

3 Itaque dum pro tanto Pontifice nobis divinitus reddito DEO O. M. debita thura damus, idque ab Eo enixe precamur, ut in Tua salute, PATER SANCTISSIME, comunem tueatur, & servet; iterum TIBI Ven. Ligorium sistimus, ut qui Te auspice de heroicis Illius Virtutibus felici successu quaestionem absolvimus, exitu quoque pari praesentem de Miraculis absolvamus.

MIRACULUM I

Subitae perfectaeque Restitutionis Mammillae cum papilla ob ulcus gangraenosum magna ex parte pridie abscissae MAGDALENAE DE NUNZIO.

4 Si quis Vestrum AA. PP. forte miratur insigne hoc Prodigium vere ingens, classicum, fere *primi Ordinis* (Animad. §. 2.) & ad Catholicae Religionis veritatem adstruendam nostrae reservatum aetati, adhuc censurarum agitari ventis, telisque feriri, is, si quae grandiora sunt ea magis oppugnari parumper advertat, & mirari desinet, & Prodigii altitudinem una ab ipsa oppugnatione cognoscet. Ut enim Poeta cecinit *lib.* 2. *Od.* 10.

Saepius ventis agitatur ingens
Pinus . . . . feriuntque summos
Fulmina montes

5 Ab iis vero, quae jam tertio opponuntur ea quae Principem alloquentem decet, brevitate me expediam. Ac principio omitto defectum examinis *Birgittae Quarantella* Sanatae Socrus (*Ani. mad.* §. 2. *ad* 4.) quae in neutra Inquisitione potuit examinari. Non in Ordinaria, quae cum absoluta fuerit Anno 1788. (*Sum. sup. valid.*) nondum Prodigium evenerat; accidit enim Mense Aprilis anni 1790. *Sum. pag.* 7. *in fin. pag.* 10. §. 51. *alibique*. Non in Apostolica; quia Anno 1796. quo haec fuit incaepta, jam Birgittam perpetuus somnus occupaverat *Sum. pag.* 2. *post* §. 4. *pag.* 6 §. 26. Secus enim Postulatores sexus exceptionem flocci facientes eam quoque in Testem induxissent, quemadmodum juxta mon-

tum

tum **Benedicti XIV. a diligentissimo Animadversore relatum**, ceteros superstites Sanatæ *Parentes*, Virum, & levirum, præter oculatas Mulieres induxere, imo eum quoque Medicum induxere, qui ab ægroto Curæ Chirurgo morbi historiam didicerat, non *fortuito*, sed jussu **Abbatis** Reini, requisiti *nomine Congregationis SS. Redemptoris*. Licet enim is referat nescisse nomen scribentis, clare tamen refert = *incaricato non so da quale Individuo della Congregazione del SS. Redentore l' Abbate Curato della Terra di Reino, che SI FOSSE INFORMATO CON PRECISIONE del Miracolo, EGLI detto Abbate . . . volle, che a tal' effetto mi fossi portato da lui* (Chirurgo) *che stava infermo a letto, così eseguii, ed essendomi col medesimo abboccato, E DOMANDATOGLI SULLE PARTICOLARITA' . . . . INTERROGATO da me &c. Sum. pag. 7. in fin. & seq.*

6 Quemadmodum vero egregie cordatus Censor ultro concedit §. 4. haud obfuturam fuisse defuncti Medici vulneratoris omissam rogationem, si de spleniorum dissolutione abesset a rogatis Testibus discrepantia; ita quum ea, si qua est, circa *accidentalia* versetur, propereaque *faciat TESTIMONIUM CREDIBILIUS* teste cum *D. Thoma* Benedict. XIV. *lib.* 3. *c.* 7. *num.* 10., illud item concedat oportet etiamsi, opposita intercessisset discrepantia nullum ex Chirurgi examinis defectu Causæ incommodum obfuturum. Is autem qui unus ex Patribus sibi suasisse narrat Animadversio *in Not. ad* §. 4. tanti faciendum Chirurgi defectum, ut licet res esset de una gangrenæ Sanatione absque papillæ abscissione, tamen res remaneret in integro; is inquam si pro sua sapientia advertisset docere Benedictum XIV. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 9. ad judicandum non requiri Medici, Chirurgive testimonium in morbo qui per se patet; ac hujusmodi esse tam mammæ abscissionem, quam gangrenæ symptomata juxta Cll. *Svvietenum in* 2. *Resp. p.* 3. §. 70. & Astruc. *de Tumor. lib.* 1. *cap.* 2. *in Diagn.* ubi = *Oculus rem satis declarat*, hanc certe censuram eo reservasset cum de *interno* morbo foret agendum.

7 Venio nunc ad ea, quæ sunt in Causa. De Miraculo nulla, sed omnis adhuc de absci-sa Papilla lis est; Sed litem omnem nonnisi Acta dirimunt, Testesque oculati. Ita porro.

Anna Calzone (*Sum. pag.* 2. § 2. = *Avendola io stretta nelle mie bracce* (Ægrotam) *OSSERVAI che il Medico &c. tagliò una porzione di carne nella Zinna, e* PROPRIAMENTE *quella, ch' era annerita COL CAPITELLO, che dopo si fece buttare nel Cimiterio.*

Donata Negri (*Sum. pag.* 4. §. 14. = *Io* BENE OSSERVAI ... *con tal taglio CACCIO' FUORI IL CAPITELLO con una notabile porzione di carne morta, che fu portata nel Cimiterio.* Et post sanationem *pag.* 4. §. 18. = *La Zinna ridotta al medesimo stato dell' altra Mammella, la Carne cresciuta intieramente, e vegeta COL CAPITELLO CRESCIUTO.*

Levir (*Summ. pag.* 6. §. 24.) = VIDDI *cogli occhi miei RECISE PIU' DELLA META' di detta ZINNA.* Et §. 28. post sanationem = *Viddimo con nostro stupore, che la predetta Zinna era veramente sana* **del tutto**, *e colla carne, e col CAPITELLO CRESCIUTA.*

 Sa-

Sanatæ Vir (*Summ. pag.15. §. 79.*) = *Prosegui a tagliare la parte annegrita sino al vivo, restando così RECISA QUASI TUTTA La MAMMELLA.*

8 Quoniam humano, divinoque Jure in ore duorum, vel trium stat omne verbum, nisi adeo claris, adeo appositis, adeo apertis Testium verbis atrum signum transverso calamo allineam, papillæ amputationem ab Epigraphe expellere qui possum? Eam negare quis valet? Et sane quisnam aliorum Testium oculatis hisce Testibus contradicit? NEMO. Ergo Causa dicta est. Nam extrinseca argumenta, conjecturæ, cogitata, quibus ingeniosa animadversio redundat, contra acta, & probata in Judicio non valent, ubi neque possibilitas, neque verisimilitudo, rei, de qua constat, probationi antefertur *Leg. Non est verisile ff. de eo quod met*; *Leg. Moevius ff. leg.* 2. ibique Cujacius *tom.* 7. *col.* 1197. *litt. E.* Judices quippe non rerum quæ fieri poterant conjectores sunt, sed factorum cognitores; ut non ineleganter Facundus Episcopus Hermian. *lib.* 10. *cap.* 20. ibi = *Admodum bene provisum est., ut Judices non Conjectores, sed Cognitores potius vocaremus.*

9 Possem hic ultro orationi vela contrahere, nisi doctissimus Animadversor monuisset §.1. de Papillæ abscissione ejusque portentosa restitutione adhuc anceps aliquorum Patrum fuisse judicium. Itaque operæ pretium est argumenta refellere. Ac primo.

10 Quonam, quæso, pacto ex *Chirurgi* verbis arguitur amputatam mammæ partem non fuisse *propriamente quella ch' era annerita col capitello*? Quia reponis *Animad.* §. 5. Chirurgum amputasse non majorem partem, sed *buona porzione della Mammella*. Antequam id arguas duo concedas oportet. Primum Chirurgum non amputasse *porzione*, sed *BUONA porzione*; quod non est de tertia, vel quarta, sed de majori parte, ac etiam dimidia, ex ipso legum *Textu*, *juribusque* allatis *in Nov.Resp. p.*8. §.18. Et in *Voc.Calep.* verb. *Parte* = ibi = *Buona parte* = *GRAN PARTE*; *in quantità* = *MAXIMA PARS*. Secundo; hanc bonam portionem amputasse *nell' ultimo taglio*, cum scilicet binis aliis prægressis amputationibus jam = *La piaga erasi fatta così PROFONDA PEI TAGLI ch' erano rotti li dutti lattei per cui NELL' ULTIMO TAGLIO fu costretto a recidere UNA BUONA PORZIONE DELLA MAMMELLA*, uti refert Medicus Nunzio a Chirurgo auritus *Sum. pag.*8. §.39.

11 Itaque vere Sanatæ vir, ejusque levir retulere per hanc *postremam* amputationem binis aliis superadditam remansisse recisam = *più della metà della Mammella* = *QUASI tutta la Mammella*; Uterque enim cum ceteris Testibus, ipsaque Sanata prægressas cæsuras commemorat, ac amputatam quantitatem, nonnisi post postremam assignat. Nam sit Levir = *Fù costretto a darci PIU' TAGLI, ad uno de' quali.., mi trovai presente &c. ne recise più della metà. Summ. pag.* 6. §.24. Sanatæ Vir retulit Chirurgum post primam vulnerationem, *il giorno dopo TAGLIO' quella parte che si vedeva annegrita, e mortificata.. RITORNATO a mezzo giorno la trovò più annegrita, sicchè.. PROSEGUI' A TAGLIARE la parte annegrita sino al vivo*,

re-

restando così recisa quasi tutta la Mammella, *Sum. pag.* 14. *in fin.* & *seq.*

12 In his vero ubinam anthiologia vel opposita exageratio *Animadv.* §. 15. ? Si adstantes Mulieres non dixere amputatam *quasi tutta la Mammella*; id tamen non negant, imo affirmant Chirurgum amputasse *una NOTABILE porzione di carne morta*, *e propriamente quella ch' era annerita col Capitello Sum. pag.* 2. §. 2. *p.* 4. §. 14. imo eam fuisse tantam assignant, *che dopo fù portata al Cemeterio*. Neque juvat ad Sanatæ Viri, ejusque Leviri excludendam præsentiam animadvertere *cit.* §. 15., quod Mulieres nullam de eisdem mentionem fecerint, ac si ad referendam amputatæ partis qualitatem, quantitatemque singulos adstantes, præsertim domesticos, commemorare tenerentur. Poterant illi tunc domo abesse, sed aderant. Non quid *poterat*, sed quid *factum* in Judiciis obtinet. Quamobrem eorum alter dixit: *Mi trovai presente*, *e viddi cogli occhi miei* Sum. p. 6. §. 24. = Alter: *A me costa perche è passato sotto i miei occhi*, *ed accaduto in casa mia* Sum. pag. 14. §. 71. 74. = Dubitatio tandem Leviri *Animad.* §. 14. an amputatio, cui adfuit, fuerit ne postrema, facti substantiam non respicit, quæ tota in eo est, ut ea in amputatione viderit recisam *più della metà della Mammella*.

13 Sed animadversio vela retrorsum dare videtur, dum ipsum morbi initium repetit scribens §. 6. Mammam ob abscessum in ejus lœva parte obortum fuisse *assai mostruosamente cresciuta*, ita ut mulier cogeretur, *portarla pendolone da fuori*; concluditque propterea Chirurgi verba *buona porzione della Mammella*, stare relative ad auctam uberis partem. Verum cum amputatio tunc fuerit instituta cum, prægressa jam inflammatione, præsens gangræna sphacelusque uber depascebat, argumentum sua sponte ruit. Nam superveniente Gangræna, tumida eousque mamma, imminuta inflammatione, flaccida jam mollisque evaserat; ceu præteris docet Sennert. *Pract. lib.* 4. *part.* 2. *Cap. de Tumor. in Prognos.* ibi = *Instantis corruptionis signa sunt livor partis* &c. *TUMORIS IMMINUTIO*, ac Heisterus *Instit. Chirurg. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 14. *de Gangræna* = ibi = *Cognoscitur his fere notis Gangræna*: *Nempe INFLAMMATIO HACTENUS VEHEMENS* &c. *SUBITO ut plurimum vehementer mutatur*, & *quasi MINUITUR*. *Quidquid enim durum*, & *tumidum fuerat PROTINUS MOLLESCIT*, *FLACCESCIT*; idque vel magis, ut in re nostra, cum gangræna in sphacelum transit; in quo morbida pars, & *cutis ipsa frigescit*, *flaccescit* &c. (ibid.) & *Astruc. de Tumor. lib.* 1. *cap.* 3. *de Gangraena in Diagn.* inter sphaceli signa = *Partis frigus*.

14 Legimus quidem in actis dimidiam mammam fuisse abscissam; legimus fuisse *propriamente quella*, *ch' era annerita col Capitello*; numquam tamen legimus remansisse recisam dimidiam sinistram, ac remansisse dexteram cum papilla gangræna immunem *Animad.* §. 6. & 7. Id certe non innuunt Chirurgi verba: *una buona porzione della Mammella*, quæ apprime conveniunt ei etiam parti, quam amputasse constat = *ch' era annerita col Capitello*. Secus probandum foret ex actis Chirurgum semper directe in imum, numquam in latum, sive transversim contra

Chi-

Chirurgiæ precepta (*penes Nov. Resp. p.29 in fin.*) cæsuras instituisse. Etiamsi abscessus primum prodiisset in læva Uberis parte, non inde sequitur collectum in ea gangrenosum pus ejusdem Uberis dexteram intus non depavisse; uti ad rem monet Astrucius *de Tumor. lib. 1. cap. 3. in fin.* = ibi = *Externam cutis faciem considerare non sufficit*, *cum VIRUS INTUS FUSE LATEQUE REPTET.*

15 Serius profecto, quam oporteret, in hac facti specie abscessus apertus est, ac nonnisi post quinque solidos dies, & postquam, ruptis jam vasibus ductibusque lactiferis, foetida sanies forinsecus sua sponte prodierat *Sum. p.11. init. p.12.* §.66., quo factum, ut sanguis per eos dies ad obstructionis locum impetuose pergens, libera impedita circulatione, in sana vasa retropulsus ea ita distenderet, & inflammaret, ut *detta Mammella*, non læva ejus pars, *si fece &c. MOSTRUOSAMENTE CRESCIUTA, E DILATATA, che la Paziente non la poteva contenere tra la camigia, e giustacore, ond' era costretta portarla pendolone &c. Sum. p.6. in fin. & seq.* Fieri ergo nequibat ut sanguis resorptum pus toti tenerrimæ, glandulosæ, imprimisque cellulosæ mammæ substantiæ non communicaret; ceu docet Swietenus ad Aphor. 406. §. *Praeterea*, ibi = *Tenerrima hujus substantiae fabrica FACILLIME ERODETUR a pure acriori reddito, imo solo etiam pondere suo & mole pus in hac membrana* (cellulosa) *tam FACILE DILATABILI haerens illam distendet, & NOVAS sibi faciat, & PESSIMAS SINUOSAS VIAS*. Quamobrem docere pergit idem Swietenus ad Aphor. 419. §. Gangrena = *Licet quaedam vasa libera fuerint in INITIO MALI, illa a vicinis obstructis, & tumentibus sic comprimuntur, ut brevi tollatur omnis transitus humorum per arterias, adeoque nihil redire poterit per venas, arteriis obstructis, continuatas. Idem malum fiet, si motus circulatorii impetu, & velocitate, vel acrimonia humorum, aut utrisque his causis simul conspirantibus, subito RUMPANTUR VASCULA IN LOCO INFLAMMATO, & effusi HUMORES PUTRESCANT.*

16 Ac re quidem vera ipse Chirurgus retulit Sum. p. 8. §. 39. quod = *Si prefisse ad un secondo taglio*; hoc tamen non obstante = *giammai vidde, che la piaga andava in meglio, ma sempre più profondava, e SERPEGGIAVA PER LA SOSTANZA DELLA MAMMELLA . . . per cui nell' ultimo taglio fu costretto a recidere una buona porzione della mammella*. Pro Deum hominumque fidem! Serpere, *serpeggiava per la sostanza*, non lævæ partis, sed DELLA MAMMELLA haud sibi vult in directum pergere, sed tortuose = *Andar torto a guisa di Serpe*; ut in Voc. Calep. *Verb. Serpo*. Ergo ne Gangræna, quæ suopte genio viruque, quam citissime, & horæ spatio vicinas partes vitiat, soltda destruit, ipsaque ossa corrumpit, ex Swieteno aliisque *in Nov. Resp. pag. 45. & 47.* hoc uno in eventu immutata natura ita unam mammæ partem depavit, ut, interjecto veluti muro, alterius partis eumdem continuatum tenerrimarum glandularum complexum, ductuum fibrarumque spongiosam texturam non affecerit, depaverit, consumpserit, sed tectam, sar-

tam-

tamque servarit ? Mediam spongiam ; medias glandulas ; medios tubulos, medias cellulas venenaverit, roserit, devoraverit, reliquas medias non item ? Facilius certe putarem, quod *placidis coeant immitia, Serpentes avibus geminentur, Tigribus Agni*.

17 Atque hic ita exultat, & triumphat oratio, ut apertis ulnis mutuo ab Animadversione excipiam velutl ulceris monumentum *Cicatricis* locum nobis oppositum §.7. Hunc designat Phisicus Tidei Peritus = *alla distanza di più di un pollice dal Capezzolo*; Quibus sane verbis animadversio argumentatur = *ubi Cicatrix, ibi vulnus* = Fac ita tantisper esse. Ergo vulnus, sive ulcus erat prope papillam, sive ejus *Areolam* parvis tenerrimisque glandulis obsitam, quæ late per gyrum papillam ipsam circumdat; ex Heistero *Comp. Anat. de mam.* Satis enim constat, quod = *Nel mezzo di ciascuna poppa soggiace al suo Capitello una glandola molto considerabile CINTA D'OGNI INTORNO PER ALTRE GLANDOLE INFINITE molto minori; le quali sono ivi confuse in una gran copia di minutissimi vasi, e sacchetti adiposi.* . *Non v' hà glandola nelle poppe, che non sia MOLTO POROSA, E PERMEABILE &c.* observat Alex. Pascoli *Anat.* sive *il Corp. Umano lib.*1. *p.*6. *Cap.*5. *delle Poppe*.

18 Hisce prænotatis cave, ne tuo te gladio interimas. Nam ulcera, non dicam gangrænosa, sed cujuscumque genii, prope papillam ipsius papillæ casum inducunt, teste Cl.Astruc *de Morb. Mulier. lib.*4. *Cap.*5. *de ulcer.Mam.* ibi= *Ulcus quod sub papilla, aut PROPE est, specialem diligentiam postulat, quia valde dolet, & plerumque PAPILLÆ CASUM inducit*. Ex actis constat Magdalenæ ulcus vel ab ipso sui ortu fuisse dolentissimum, ut misellæ ejulatibus tota vicinitas personaret, *Sum. p.*1. §. 1. *p.* 3. §. 13. *p.*5. §.23. *p.*14. §. 73. ac ex ipsa Sanata *Sum. p.* 12. §. 64. Constat hoc ulcus prope papillam situm, ubi Chirurgus *recise buona porzione della Mammella* fuisse tam in interna, quam in externa parte gangrænosum, scilicet eo in externo loco, quem Cicatrix designat, fuisse; *i lembi della Piaga DI COLOR NERO*; ut idem retulit Chirurgus *Sum. pag.*8. §.3.; ideoque constat alterum saltem ex iisdem labiis *di color nero* adhæsisse papillæ, sive ejus *areolæ*, cui virum suum communicare necessario debebat, ipsiusque papillæ casum inducere. Constat ergo ex Physiologiæ elementis vere dixisse Testes in emortua carne amputatam fuisse papillam.

19 Quamobrem Chirurgica Schola, cujus institutis hoc in Judicio utimur, ita nos ex cicatricis loco rectius jubet argumentari. Cicatrix est Ulceris CENTRUM (*communis in Schola Chirurg. & juribus apud Nov. Posit. p.*37. §. 203.) Hoc a papilla non distabat, nisi *più di un pollice*; Ergo atri vulneris ambitus corruptam papillam capiebat, quemadmodum vidit Anna Calzone *annerita col Capitello* Sum. p.2. §.2. = nec non Donata Negri p.4. §.14. ibi = *Cacciò fuori il CAPITELLO con una notabile porzione di CARNE MORTA*, secus ac authumabat Animadversio §. 20. = Æque enim corruptionem sonant vocabula = *Carne annerita*; ac *carne morta*.

20 Mirifice id item probat aliud, quod objicitur argumentum *Animad.* §. 8.

§.8. ex illis Sanatæ verbis = *prosegui il taglio incominciato arrivando al vivo della Carne, e della sponga della Zinna*. Nostri enim sensus cum docto Censore conveniunt *uberis spongiam subesse papillæ*; haud tamen percipere valemus quanam ratione illatio sequatur recisam non fuisse papillam. Nam: *si domum faber renovare disponat, non a fundamentis, sed a culminibus incipit solvere vetustatem*; ad rem observat S. Ambrosius *lib.* 4. *in Cap.*4. *Luc.* Id item aperte suadent Anathomen observationes, ad quas provocamur. *Substantia mammarum &c. constat ex singulari albicante glandulosa fabrica &c. medium potissimum mammæ occupante, quam copiosa pingnedo magnam mammarum substantiam constituens, undique ambit, & CUJUS CENTRO PAPILLA RESPONDET*; verba sunt Heisterii: *Compend. Anathom. de Mammis*, Svvietenii *in Boerr. de Morb. Puerp. Aph.* 1338. Chambers *Dizion. delle Scienze verb. Mammella*: Haller. Disput.Chirurg. Tom.2. de *Canc. Mam.* §.*IX.* qui subdit = *Ex albicante glandulosa fabrica medium potissimum mammæ occupante, tubus, seu ductus lactiferi per anastomoses juncti, & cum arteriis, & renis communicantes interpositi sunt .... qui uniti &c. arctissima fistula in papilla exeunt*.

21 Bene est. Chirurgus, ipsa fatente Sanata, amputationem instituens in externa parte, amputavit non modo pingnedinem, sed pervenit usque ad ipsius uberis glandulosam fabricam gangrena corruptam *sino al vivo della Sponga della Zinna*. Hæc medium mammæ occupat, cujus centro in externa parte papilla respondet; ille scilicet nexus, sive, ut verbis utar Svvietenii *loco cit. fasciculus* ductuum lactiferorum, qui ab ipsa spongia oriundi ad papillam ascendunt. Hos item tubulos gangræna deturpatos, corrosos, mortuos Chirurgus invenit, & amputavit = *per la gangrena erano rosi i dutti lattei &c. per cui nell' ultimo taglio fu costretto a recidere una buona porzione della Mammella*. Hisce positis; postquam Gangræna corruperat spongiam mammæ medium occupantem, ita ut Chirurgus opus haberet amputationem extendere ad illius usque partem vivam = *sino al vivo della Sponga* = postquam corruperat lacteos tubulos qui a Spongia exorti papillæ basim constituunt, papilla *viva* remanserat? Quisnam id sibi suadet?

22 Non quidem id sibi suasit Peritus pro veritate in Romano Licæo Obstetriciæ Antecessor Franciscus Asdrubali dum in *suo Voto* § 28. hocce dilemmate quæstionem diremit. Aut Chirurgus papillam amputavit, & ejus restitutio adscribenda Prodigio; Aut non; & papilla, destructis lactiferis tubulis, inutile Organum remansisset. Primam partem doctissimus Censor concedit §.18. Quoad alteram distinguens id obtinere affirmat, si constaret omnes tubulos depavisse Gangrænam, negat vero si aliquot ex iisdem in parte dextera fuerint immunes, quorum ope papilla propriam sedem tenere, & lac dare potuisset; idque eruditissime probare nititur §§. 19. *ad* 23. experimento instituto a Lugdunensi Anathome *Antonio Nuch*, qui Mercurii ope assecutus est obstructo uno, aut altero papillari poro, lac per alios patentes papillæ ductus excerni potuisse.

23 Sed experimentum, quod in mamma *sana* Nuchius instituit, in mamma

mamma Magdalenæ de Nunzio instituere mehercule non valuisset. Si enim is cum nostris oculatis Testibus vidisset mammam, olim albicantem glandularum fabricam gangræna devastatam, atro colore tinctam, foetidoque pure conspersam = *Aver osservata la Zinna allorchè si scovrì &c. esser NEGRA* Summ. p.3. §.7. = *Viddi la piaga alla Zinna, ch'era tutta gangrenata, attesa la NEGREZZA della medesima*. Sum. pag.5. init. = *Viddi cogli occhi miei la parte offesa sotto il taglio apparve TUTTA ANNEGRITA . . . al comparire di quella NEGREZZA ch'era il certo segno della gangrena* Sum. p.6. §.24. = *Per aver veduto più volte la MAMMELLA inferma, ed osservarla NEGRA, e mortificata* pag.7. §.7. = *avendo ritrovata la carne più ANNEGRITA &c., la piaga più esasperata, e la Gangrena più inoltrata*; pag. 13. §. 68. = *Si vedeva ANNEGRITA, fongosa, e mortificata . . . . la parte ANNEGRITA* pag. 15. §. 99. Ac tandem Chirurgus pag. 8. §. 39. = *La piaga aveva i caratteri di una vera Gangrena, perchè depasceva la Mammella &c. mandava una sanie di color NEGRO, i lembi della Piaga erano di COLOR NEGRO, la sanie era puzzolente*. Is si vidisset corruptam papillam non dicam in atri ulceris ambitu contentam (ceu probatum est) sed eam saltem adhærentem *ai lembi della Piaga di color negro*; is certe Nuchius affirmare non auderet experimentum a se institutum in mamma sana, locum habere posse in Magdalenæ mamma gangrena jam mortua.

24 Qui enim fieri poterat, quod aliqui etiam, si non omnes, ut mavis, lactiferi tubuli ante ipsam amputationem gangræna corrupti virulentam suam corruptionem ceteris non communicassent in papilla? in eo scilicet nexu, seu fasciculo, quo cum sanis per quinque solidos dies ante ipsam abscessus aperitionem colligati remanserant? (*Sum. p.* 14. §. 74. & 77.) Oppositum si animadversio tuetur, necessitatem habet, ut probet ignem non incendere paleas, gangrænam scilicet, quæ vicina corrumpit, ipsaque frangit ossa, corrumpere non potuisse flaccidas fibras quibus sani lactiferi tubuli insimul cum corruptis colligati in papilla coalescebant. Qui fieri item poterat, ut corrupti *ductus lactei, quorum congeries substantiam glandulosam mammæ constituit &c. prope papillam angustantur, & CIRCA BASIM EJUS CIRCULAREM quasi COMMUNICATIONIS ALVEUM constituunt* (verba sunt Svvietenii *ad Aphor.* 1334. *de morb. Puerp.*) Qui inquam fieri poterat, ut corrupti jam ducti lactei per circularem communicationis alveum circa papillæ basim, papillam ipsam non corrupissent? Hinc patet quam scite recteque pro re sua docuerit Cil. *Astrucius* papillam necessario decidere, si non omnes tam a parte dextera, ut ais, quam a sinistra, sed *plerique* tantum lactiferi canales ulcere corrodantur. *Si abscessuum pus acre fuerit* inquit ipse *de Morb. mulier. lib.* 4. *Cap.*3. §.10. (qualenam pus gangrenoso acrius?) *Si abscessuum pus acre fuerit, ut canalium lactiferorum PLERIQUE corrodantur, PAPILLA, quæ nisi per ipsos Mammæ nectitur, NECESSARIO DECIDET*. Et in Prognos. = QUOAD PAPILLÆ CASUM, QUANDO ABSCESSUS IPSUM PROMOVEAT, NULLA RATIONE IMPEDIRI POTEST.

Hæc

25 Hæc porro sunt loca ; e quibus extrinseca petita sunt argumenta ad elevandam eorum Testium fidem , qui amputatam papillam vidisse narrant . Verum cum illud nobis in optatis acciderit , quod iisdem armis , quibus oppugnabatur veritas vindicata triumphaverit ; quid amabo juvat in mulieribus jam tertio opponere sexum , cum Benedictus XIV: qui narrat pluribus in Causis duarum dumtaxat mulierum testimonio fuisse adprobata Miracula *Nov. Resp: pag.15.* §. 38. numquam scripserit mulierum dicta opus habere ut virorum dictis confirmentur *Animadv.* §.10. sed ex his majorem acquirere certitudinem , ut *loc.exadv.* cit. ibi = *Cur quæso Mulier ex sola sexus exceptione admitti non poterit , ne testimonium reddat ? EO VEL MAGIS si Mulieris dictum confirmetur dictis virorum ?* In nostram scilicet Causam Pontifex digitum intendit , in qua Jurisperitissimus Censor binarum Mulierum dictis binos adhærere viros Sanatæ virum , ac Levirum ingenue fatetur *Animad.*§.16.
26 Quid juvat ad elevandam nostrorum Testium Judicii firmitatem , quam Delegati Judices amplissimis Litteris testati sunt , quibus omnino standum est ; *Nov. Resp. p.* 16. §. 42. , & *pag.*14. §. 33. eorum dicta inter se contraria prædicare *Animad.*§.10.quum probatum sit tantum abesse ,quod,vel a Sanatæ Chirurgique verbis, vel a Cicatricis loco , verisimilitudinem aliquam contra Testium dicta quis petere valeat , quin potius ad eorum infirmandam fidem de abscissa papilla opus sit vel ipsam malignam gangrænæ indolem denegare , chirurgiæ elementa invertere , ipsique cogitandi arti apertissimam vim inferre . Ex apposito nullam in assignanda amputatæ partis quantitate esse inter Testes anthiologiam id argumento est , quod tam ii , qui indeterminate dixere *una buona porzione , una notabile porzione , che fu portata al Cemeterio* , quam qui determinate ajunt *più della metà* ; vel *quasi tutta la Mammella* cum Ephigraphe in eo conveniunt ,*magna ex parte* fuisse Mammam abscissam . Quid juvat paupertatis testes accusare , nisi cum vulgo dixeris unos divites esse claros , sapientes , & fortes , quia omnia divitiis parent , ceu dolet Horatius *Satyr.*3. ac nisi fidem deneges claudo illi , qui a Petro , & Joanne sanitati restitutus eleemosinam petebat ab introeuntibus in templum *Act. Ap.*3. ? *At quis esset qui inter Miraculi Testes claudum prædictum non recepisset ? Signum igitur evidentissimum hoc est , solam paupertatem fidem testi non adimere* ; scribit Bened.XIV. *Lib.*3.*c.*6.*n.* 8.
27 Quid juvat amputationis horrorem ipsi patienti adimere , illudque tribuere spectatoribus quo eos ulcere demovisse faciem , ac nulla vidisse fingamus ? *Animad.* §. 13. . cum tamen certum sit , quod *Lentus spectator examinat* , longeque diversum sensu experiri dolorem , propriæque carnis amputationem naturæ inimicam , quam alienam spectare jacturam . Unde bene Chrysostomus Epist. *ad Hebr. Serm.* 30. advertit quod = *Impossibile est scire afflictiones afflictorum ei , qui experimentum afflictionis non habuit* , = in amputanda vero carne gangræna jam mortua non tantum Sanguinis effluit juxta Muninkc *de Tumor. lib.*1. *Cap.*17. *num.*63. , ut mulieres sui sexus papillam discernere non valerent . Quid juvat quærere quisnam ad Cæmeterium am-

amputatam Mammæ partem afferret, Testes ne mulieres; vel Birgitta Quarantella, cum satis superque sit eo fuisse delatam? Quid juvat divinare Sanatam potius deflere debuisse amissam papillam pueri lavamen *Animad.* §. 5. cum ipsa non jam papillam, sine qua altero ab ubere pupulum nutrire valebat (Svieten. *ad Aphor.* §.1338. *in fin.*) Sed carissimam sibi peremptam amissamque vitam deflere debuerit, quam revera deflevit *Sum. pag.*22. §.57. Quid juvat? . . . . . Sed modo præstat de Papillæ restitutione disserere.

DE MIRA PAPILLÆ RESTITUTIONE.

28 Si restitutum dici nequit, quod non fuit ablatum *Animad.* §. 23.; cum dicendi initio Testibus Contestibus abunde probaverim ablatam fuisse papillam, ejus una existentia post uberis Sanationem miræ illius restitutionis probationem præbet luculentissimam: Existere enim nequit, quod constat fuisse ablatum. Nihilo tamen secius oculatorum Testium verba iterato studii comodo exscribam.

Donata Negri, quæ pridie viderat quod Chirurgus = *Con taglio cacciò fuori il Capitello* = deponit Sum. pag. 4 §. 18. quod in sequenti mane = *allo sfasciar della piaga, che fece il Medico vidimo tutte con nostro stupore &c. la Zinna ridotta al medesimo stato dell'altra Mammella, LA CARNE CRESCIUTA INTIERAMENTE &c. apparve la suddetta carne bianca, e vegeta col CAPITELLO CRESCIUTO, di modo che avanti di noi fattosi portare il suo Bambino GLI DETTE FELICEMENTE LATTE, a tal vedere restammo tutte fra le lagrime di gioja sorprese alla novità del Miracolo.*

Sanatæ Levir, qui pridie viderat quod Chirurgus *recise più della metà di detta Zinna*, deponit Sum. pag. 6. §. 28. quod in sequenti mane *sfasciata la piaga alla presenza mia, di suo Marito, mio fratello &c. Anna Calzone, e Donata Negri VIDDIMO con nostro stupore, che la predetta Zinna era veramente sana del tutto, e colla CARNE, E CAPITELLO CRESCIUTA del medesimo colore, e fattezza dell'altra sana &c. trattantò sul punto istesso la predetta mia Cognata &c. si fece portare alla Mammella guarita lo Bambino, il quale SUBITO SI POSE A POPPARE alla Mammella patita già miracolosamente ripiena di latte, e seguitò poi ad allattare felicemente colla medesima.*

Anna Calzone, quæ pridie viderat amputatam Mammæ partem *propriamente quella col Capitello* deposuit Sum. pag. 2. §. 5. quod in sequenti mane = *Essendosi dal Medico sfasciata, e scoverta la Zinna, OSSERVAI che &c. restò LA ZINNA bianca INTERA, ed al pari dell'altra non patita, e perfettamente sana a segno, che la detta Paziente fattosi portare il Bambino, che aveva dato alla luce, LO FECE SUCCHIARE nella Zinna patita, E DIEDE LATTE.*

Sanatæ Vir, qui pridie viderat *recisa quasi tutta la Mammella* = vidit Sum. pag. 16. §. 86. *La mattina &c. la parte rimarginata coll' ACCRESCIMENTO DI NUOVA CARNE NELLA*

PARTE, E PARTI DI CUI SI ERA FATTO IL TAGLIO della Carne mortificata .... sino ad essere TORNATO IL LATTE ABBONDANTEMENTE NELLA MAMMELLA, e così avendo quella ripigliato allattare il suo Bambino.

Medicus de Nuntio ab ipso ægrotante Chirurgo, qui pridie absciderat *una buona porzione della Mammella*, audivit Sum. pag. 17. §. 7. in sequenti mane vidisse *la detta Mammella nello stato naturale come l'altra nel colore, consistenza, e grandezza &c. tanto che in sua presenza SI DIEDE A POPPARE IL BAMBINO.*

29 In tanta probationis luce quid refert si Anna Calzone de restitutæ papillæ syllabatim non meminerit? *Animad.* §.23. cum illam implicite dixerit. Ea enim cum testata fuisset vidisse pridie amputatam *una porzione di carne nella Zinna, e propriamente quella ch'era annerita col CAPITELLO*, addit in sequenti mane = *osservai la Zinna INTIERA, il Bambino lo fece succhiare nella Zinna patita, E DIEDE LATTE* quod nonnisi restituta papilla fieri omnino nequibat. Non video autem quonam argumento constet Sanatæ Levirum non vidisse reproductam papillam cum rotunde referat quod ipse aliique adstantes = *VIDDIMO con nostro stupore, che la predetta Zinna era veramente sana del tutto colla CARNE, E CAPITELLO CRESCIUTA* = Deponit item quod = *nè io, nè altre persone presenti ci conoscemmo o marcia, o carne morta, ma bensì la viddimo perfettamente sana* = Animad. cit. §. 23. Hæc de facto proprio deponit. Quod autem retulerit primum *come anche se ne assicurò il predetto Medico, che tutta la tasteggiò* = deinde vero addiderit, *e mi fu detto, che non ce l'osservò nemmeno l'istesso Medico, che tutta la tasteggiò*; id mehercule minime probat propriis oculis non vidisse restitutam papillam; sed probat vidisse, quod Medicus *la tasteggiò*; hujus vero judicium ex ea attrectatione prolatum nullam intus Mammam fluctuantem saniem percepisse (quod unus ille poterat affirmare, qui Mammam attrectavit) non ab ipso Medico, sed ab aliis adstantibus Testem audivisse. Tanta certe religio in diversa assignanda scientiæ causa maximam huic oculato Testi fidem conciliat.

30 Haud certe vel mendis refertam, vel inverosimilem reddit restitutæ papillæ historiam modus quo narratur a Testibus, quorum plerique deponunt coram se a Chirurgo amota fuisse ab ubere splenia, Conjuges vero ab ipsis. *Animad.* §.24. & *seq.* Quamvis enim aliqua in eo discordia interfuisset, ad facti substantiam, ad restitutam scilicet papillam, fugatamque gangrænam non pertinet: quo in eventu docet Benedictus XIV. *lib.* 3. *Cap.*7. *num.* 10. quod = *Discordia Testimonii in aliquibus circumstantiis non pertinentibus ad substantiam facti &c. non præjudicat testimonio quia &c. FACILE A MEMORIA ELABUNTUR; quin imo aliqua discordia in talibus FACIT TESTIMONIUM CREDIBILIUS.*

31 Facti historia hæc est. Postquam pia Matrona Magdalena Mari conclamatam Magdalenam de Nuntio sibi familiaritate, & obsequio conjunctissimam cum Anna Calzoni, & Donata Negri ad Ven. Alphonsi invocandam opem sub vesperas erexerat, illius

So-

Socrum admonuit ; ut se se in sequenti mane adveniente Chirurgo acciret certa spe futurum confisa , ut invocatus Ligorius Miraculum in crastinum a Deo obtinuisset . Ita factum . Nam in sequenti mane cum hora circiter *duodecima* ad ægram se contulisset Chirurgus Magdalenam Mari ejus Socrus accivit ; Advenit illa præfatis comitata Mulieribus ; omnesque cum domesticis spectatum admissæ , dum Chirurgus remotis spleniis sanatum uber detexit . *Sum. pag.* 2. §. 4. *p.* 4. §. 17. *alibiq.* Id superstites quatuor Testes de facto proprio deponunt ;fuse in *Nov. Resp. pag.*42. *& seq.* quare hic loci aliqua tantum verba referimus .

Sanatæ Levir Sum. pag. 6. §. 28. *La mattina istessa essendosi dal succennato Chirurgo sfasciata la piaga ALLA PRESENZA MIA , DI SUO MARITO MIO FRATELLO , di nostra Madre comune , e della predetta fu D. Maddalena Mari , Anna Calzone , e Donata Negri &c.*

Anna Calzone Sum. pag. 2. §.6. = *Essendosi portato il Medico in Casa dell'Inferma &c. ed essendo stata avvisata &c. CI PORTAMMO ANCHE NOI colà , ed essendo dal Medico sfasciata , e scoverta la Zinna OSSERVAI &c.*

Donata Negri Sum. pag.4 § 17. *MI PORTAI ANCH'IO con Anna Calzone , e predetta fu Signora Donna Maddalena Mari piene tutte trè di fiducia . . . . allo sfasciar della Piaga , CHE FECE IL MEDICO , VIDDIMO tutte con nostro stupore &c. vedendosi DA NOI , E DAL MEDICO PRESENTE cadere da sopra la parte una scoria negra &c. ATTONITO IL MEDICO per la novità del Miracolo SE NE VOLLE PIU' ACCERTARE , non solo con i proprj occhj , ma ben'anche con toccare la parte . . . Mi ricordo bene , che il detto MEDICO . . . la volle tastare perfettamente , e con suo stupore LA TROVO' &c.*

Curæ Medicus de facto proprio Medico de Nunzio retulit Summ. pag.8. §. 40. *Nella mattina seguente passando per la casa di detta Maddalena de Nunzio VI SALI' , e la Paziente gli disse* ,, Sig. D. Titta voi mi dicevate che io ero morta , e questa mattina mi sento meglio , perchè jeri sera verso le ore ventitrè ,, venne a ritrovarmi la Sig. D. Maddalena Mari , e mi diede un ,, effigie di carta di Monsig. di Liguori , e mi applicò la detta Ma- ,, ri alla piaga la figura , e l'Abito , per cui questa notte ho ri- ,, posato ,, *Esso Chirurgo nel ciò sentire SFASCIO' LA PIAGA , E VI TROVO' L'EFFIGIE , ed osservata la detta Mammella la trovò nello stato naturale , come l'altra nel colore , consistenza , e grandezza . . . tanto che in sua presenza si diede a poppare il Bambino .*

32 Unus est Sanatæ Vir , qui hujusce circumstantiæ historiam secus intexuit , ac si ipse valde diluculo splenia removisset , sanatumque uxoris uber detexisset . Sanata enim *ex mox dicendis* aliorum Testium dicta non obscure confirmat . Ergo ne tot alii Testes , ipseque Curæ Chirurgus totam facti historiam , circumstantias , adjuncta ad decipiendum effixere ? Id est moraliter impossibile ; ceu scite advertit Benedictus XIV. *lib.3.cap.6. num.8. in fin.* = ibi = *Unius Testimonium non sufficit , quin & sæpe plures*

res quam duo Testes exiguuntur, *Medicusque ut plurimum examini subjicitur* , *quare moraliter IMPOSSIBILE EST UT TOT TESTES AD DECIPIENDUM CONVENIANT*.

33 Sed rem in aprico ponit Sanatæ testimonium. Ita illa *Summar. pag.* 13. §. 71. = *Detta Signora Mari già defonta se ne ritirò a Casa sua*, *ed intanto presi poco dopo sonno colla stessa figura applicata alla piaga : ma dopo poche ore circa la mezza notte risvegliandomi*, MI TROVAI LIBERA TOTALMENTE DAL DOLORE *fino allora soffertone*, *ed allora ne feci parte in quel punto a mio Marito* , *piangendone per tenerezza così io* , *che* MIO MARITO, *e tutti gli altri di mia Casa.* En quod accidit inter Conjuges ; ac aliud præterea nihil. Qui enim fieri poterat , ut de cessato media nocte dolore maxime gauderent non modo Conjuges , sed etiam *tutti gli altri di Casa* , qui ea hora dormiebant nisi id eis mane jam facto patefecissent ? Ita sane . Audi domesticum Contestem Sanatæ Levirum summo mane cum Conjugibus colloquentem *Summar. pag.* 6. §. 27. = ibi = *La mattina essendomi portato nella stanza dell' inferma mia Cognata* , *MI DISSE mio fratello* SUO MARITO , *che dopo aver placidamente riposato in quella notte* , *verso la metà della medesima svegliata chiamò suo Marito* , CHE NON SI SENTIVA PIU' DOLORE *alla parte offesa*. Si Sanatæ Vir jam Uxoris uber detexisset curnam fratri suo tam de fratriæ salute sollicito , ut prima diei hora vix expergefactus eam visitatum adierit , cur inquam ei non patefecisset mox removisse splenia , integrumque uber invenisse ? Nescimus *temperatam servare mentem ab insolenti Lætitia* ; uti Poeta scribit *lib.* 2. *Od.* 3. (*a*).

34 Argumento id certe est usque tum uber non fuisse detectum , idque accidisse mane jam facto post Leviri visitationem , ut ipse narrare pergit *loc. cit.* = *Che perciò la mattina istessa essendosi dal succennato* CHIRURGO *sfasciatæ la piaga* ALLA PRESENZA MIA , DI SUO MARITO MIO FRATELLO , *di nostra Madre comune* , *e della predetta fu D. Maddalena Mari &c.* Tunc profecto Sanata ironice Chirurgo dixit = juxta ipsam Animadversionem §. 30. *Signor D. Titta voi mi dicevate ch' io ero morta* , *e questa mattina mi sento meglio perchè jeri sera la Signora Maddalena Mari &c. mi applicò alla piaga la figura* , *e l' abito* (*V. S. D.*) *per cui questa notte ho riposato*. En Miraculum tunc Sanatæ cognitum , noctu viro suo panditum, ab eo Fratri patefactum , ab ipsa denique Sanata Chirurgo relatum *Summar. pag.* 11. §. 58. = ibi = *Svegliatami circa la mez-*

pa

(*a*) Si quis putet Sanatæ Virum Uxoris uber eo usque ab uno Chirurgo curatum spleniisque ligatum audacter detexisse deque inventa paulo ante sanatione suummet fratrem celasse , concedat oportet non alio nomine id fecisse , nisi ut de ea re certior non fieret Matrona Magdalena Mari invocationis auctor , quæ pridie ejus Matri jusserat ut adveniente in crastinum Chirurgo eam acciret , quin iteratam spleniorum remotionem cortex , ejusque geminatus lapsus inverosimilem reddat *Animad.* §. 27. Neminem enim latet Cataplasma instar corticis exsiccatum adeo carni hærere , ut primum non totum cadat .

za notte M' INTESI LIBERA DAL DOLORE , *e spasimo, che aveva sofferto* , *IL CHE stimai* UN MIRACOLO , *e così pure LO STIMO' LO STESSO MEDICO allorchè avendola MATTINA ciò inteso disse* = QUESTO E' UN MIRACOLO.

35 Infantibus certe , ut verbis *Animadversionis* utar §. 27. non vero Sapientissimis Patribus , suadere quis posset jam conclamatam ægrotam , sacrisque munitam lectulo suo cubantem pupulum habuisse , cui noctu primo a sanatione momento sanatum uber sugendum præbere potuisset,quin Medici accessum expectaret.Non jam lingua præ siti ululanti infantulo hæsisset , si ad eam usque diem abstinuisset a lacte , sed jam tumulatus cum materna papilla fuisset. Ab ipso enim abscessus initio adeo uber intumuerat = *che non era più in istato di allattare il Bambino nostro figlio*; inquit Sanatæ Vir *Summar. pag.* 14. §.76. Rationi ergo congruit , quemadmodum Chirurgus , aliique Testes enarrant , quod coram ipsis = *vedendosi guarita perfettamente* SI FECE PORTARE *alla mammella guarita* LO BAMBINO , *il quale subito si pose a poppare alla Mammella patita già miracolosamente ripiena di latte* (*Summar. pag.* 6. §. 30. *alibique passim*).

36 Sed illuc revertor. Sanata quid noctu , quidque mane sibi acciderit apprime distinguit *Summar. pag.* 12. §. 61. *a mezza notte mi svegliai , trovandomi libera da ogni dolore ; e LA MATTINA essendomi SFASCIATA LA PIAGA si trovò &c.* Si Sanata ejusque Vir testimonium dixissent , quemadmodum cæteri in Nucerina Inquisitione,Judicum diligentiæ fuisset , ut , hujus accidentalis circumstantiæ reminiscerentur , splenia non a Viro , sed coram Viro a Chirurgo dissoluta fuisse hora circiter duodecima , cui ineunte Aprile in Tabula perpetua ortus solis assignatur. Ipse autem Chirurgus ambigua Sanatæ verba *al sentir da vicini &c. più non curò di visitarmi* (Animad. §. 25.) . apposite explicat,id post agnitam uberis sanationem evenisse *Summ. pag.* 8. *in fin.* = ibi = *In sua presenza si diede a poppare il Bambino , come continuò in appresso* SENZA PIU' SOGGETTARSI A MEDICINA ALCUNA. Oblivioni ergo danda est cum Benedicto XIV. *cit. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 10. hæc accidentalis discordia Conjugum a cæteris Testibus numero pluribus , deque proprio visu deponentibus , quibus potius , non autem illis deferendum est. Nam *Consultores S. Congregationis si cognoverint testem fuisse deceptum , & ejus dicto tot aliorum Testium dicta prævalere debere* , *nihil impedit* , *quin* HIS DEFERANT, NON AUTEM ILLI : verba sunt cit. Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 11.

DE GANGRÆNA

37 Si cui annosum Senem infantem vocare libet , quia talis ab incunabulis fuit , is etiam morbum , quæ nostra excitat studia *Abscessum* valet nuncupare, quia ab Abscessu duxit exordia , *Animadv.* §. 28. ubi Medicus *trovò , che la medesima si querelava di un Ascesso &c.* Si vero *historiæ pars reliqua ad infirmitatis progressum , ejusque prognosim pertinet*, quod tuemur prolat,

sa-

sanationem non a prægresso abscessu, sed a presenti ulcere fuisse. Nam = *Abscessu aperto nomen mutat*, *& Ulcus evadit*; verba sunt Astruccii *de morb. Mulier. lib. 4. cap. 4. de absces. mam. §. Causæ*.

38 Hujusmodi ulcus fuisse gangrænosum, suapte natura curatu difficillimum, ac nonnisi ferro igneve domandum non jam a judicio auriti Testis Medici de Nunzio *penes Animadv.* §. 29., sed, ut par est, a symptomatibus cum Chirurgiæ præceptis collatis satis abunde probavimus *Prim. Resp. pag.* 35. *ad* 41., *& in Nov. Resp.p.*44. *ad* 48. Sennertus quidem a docto Censore laudatus *loc. cit.* cum cæteris aperte scribit = *Gangræna periculosum esse malum cuivis facile patet. Nisi enim citissime auxilium feratur in* SPHACELUM BREVI DEGENERAT, *& pars plane emoritur. Qua de causa nullus hic cunctandi locus est, sed statim suppetiæ ferendæ.* Quamvis vero addat = *quod non ita difficulter fiet in vegeto adhuc & juvenili corpore* operatio amputationis pedis, vel manus, negat id obtinere posse *in thorace*, in quo erat Magdalenæ gangræna, quia, ut idem pergit Auctor = *Si in thorace malum sit, excindi partes non possunt, atque imprimis si plures particulæ inficiantur.* Ita sane evenisse Sanata affirmat Summar. pag.811.§. 56. *Ritornato lo stesso Medico Chirurgo la sera dello stesso giorno, ed avendo trovata la parte più mortificata, protestò, che non vi era* PIU' RIPARO, *e così senz' altra operazione mi abbandonò*, uti etiam confirmant Chirurgus *Summar. pag.* 8. §. 40. = Sanatæ Vir *pag.* 15. §. 80. Levir *pag.* 6. §. 26. *&c.*

39 Per hæc profecto verba Sanata apertissime patefecit certo sibi suasum suam conclamatam fuisse vitam, quæ coram Leviro *Summar.pag.* 15. *cit.* Chirurgo dixit = *Che più presto voleva morire, che assoggettarsi ad* ALTRO TAGLIO INUTILE, *perchè si* VEDEVA DISPERATA DI VITA; Quin contrarium arguere quis valeat ex ejus ironico cum Chirurgo colloquio post sanationem habito *Animad.* §. 30.=*Signor D. Titta Voi mi dicevate che io era morta, e questa mattina mi sento meglio.* Tunc enim bene valens sibi videbatur sublimi vertice feriisse sydera, Medicumque ridebat. Illud vero *mi sento meglio*, non ad sanationis successivitatem, sed ad ipsius loquentis mentem refertur; *perchè .... questa notte ho riposato.* Nam ipsa Sanata, ceu superius probatum est, antequam a Chirurgo removerentur splenia in doloris cessatione, captaque quiete Miraculum agnoscebat.

40 Neque Gangrænæ syntoma fuit umquam Febris, quam in Actis non relatam Animadversio dolet §. 31. Sed pathognomonica Gangrænæ signa sunt prægressa inflammatio, partis mollities, sensus amissio, carnisque livor; sphaceli vero totalis sensus amissio, partis frigus, nigredo, fœtor; apud Sennert. *Pract. lib.*4. *pag.* 2. *cap.* 2. = Astruc. *de Tumor cap.* 3. *de Gangræna in Prognos.* = Qui vero Febrim suppurationis comitem supponit, eam inter prægressæ Inflammationis signa recenseat, non autem secutæ Gangrænæ quam Epigraphes exhibet. Nam suppuratio inflammationi succedit, suppurationi Gangræna. = At *ubi humor in pus vel materiam puri similem mutatus est*, FEBRIS &c,

RE-

REMITTIT; verba sunt laudati Sennerti *loc. cit. de Tumor. in Prognos.* Vetus tamen novaque Clinicorum schola nec in ipsa urente inflammatione veram febrim agnoscit, apud Galenum *de Putrib. ad Tyrones Cap.* 12. *Charter Tom.* 8. *pag.* 8. & 9. Et Celsus docet quod = *Inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est*; ubi Svvietenus *ad Aphor.* 371. *de Inflam.* advertit = *Notandum non dici simpliciter, quod Febris fiat dum inflammatio adest, sed tantum talem qualis in febre est.* Inde saluberrimum Medico monitum posuit Simsonus NE DECIPIANTUR *Medici credentes nullam inflammationem adesse* SI FEBRIS ABSIT.

41 Aliam Ægrotæ non superfuisse spem, quam nullam sperare salutem; eamque propterea Chirurgum sacris extremis ad felicem exitum muniri jussisse, tam ipse Chirurgus de facto proprio *Summar. pag.* 8. §. 40. quam Ægrotæ Levir qui ait Summar. p. 6. post §. 25. = *Me presente* (Chirurgus) *le ordinò tutti li Sagramenti della Penitenza, Viatico, ed estrema Unzione*, abunde testantur. Reliqui vero Testes, qui narrant = *nel giorno istesso aveva ricevuti tutti li Sagramenti per comando del Medico* (*Summar. pag.* 4. §. 17. *pag.* 2. §. 4.) haud opus habebant peculiarem aliam de hac re scientiæ causam afferre præter illam quam examinis initio declaraverant, scilicet totam facti seriem scire *de visu* = *per la vicinanza, ed abitazione della suddetta Maddalena de Nunzio* = *Attesa la propinquità di mia Casa a quella della Inferma* (*Summar. pag.* 3. §. 8. *pag.* 5. *init.*) Quamobrem si cum defertur sacra synaxis ad infirmos confluunt vicini *Animad.* §. 31. leges jubent *id factum præsumi, quod fieri consuevit*. Presbyter tandem Ægrotæ lateri postea adfuisset, nisi illa statim post V. S. D. invocationem placido se somno dedisset.

42 Non certe obliteratio Prodigii *Animad.* §. 32. =, sed quæ in Causa præliminaria Acta juxta Pontificias Sanctiones peragi debebant causæ fuere qua nonnisi post *sex annorum cursum* de ea Apostolica Inquisitio fuerit instituta, *ut in Facto Concord. sup. Virt. & in Nov. Resp. pag.* 8. *a* §. 6. *ad* 9. = Nullam denique peregrinationem ad Ven. Alphonsi sepulcrum a Reini Oppido quinquaginta milliaria dissitum ægra spopondederat, quam suscipere debuisset; *Animadv.* §. *cit.* Si absurda suspicio foret unum, non novem fuisse leprosos a Divino Redemptore mundatos, quia rediit dumtaxat unus ut gratias ageret *Luc.* 17.; ejusmodi in re nostra suspicio est de longinqua non istituta peregrinatione; Illud vero discriminis intercedit, quod nostra Sanata ad comparandum sibi victum rusticos labores statim repetere coacta *Summar. pag.* 16. §. 88.; si non ad Ven. Ligorii tumbam perquam longe a se dissitam, e suis tamen laribus inter profusas gratitudinis lacrymas eidem gratias egit quammaximas; *Summar. pag.* 13. §. 71. *pag.* 15. §. 83. *pag.* 3. *init. pag.* 6. §. 29. Imo vero grata mulier ex ea inde die onus sibi imposuit perquirendi Ven. Ligorii imagines quibus domi forisque ejus Sanctitatis famam, & invocationem promoveret *Sum. pag.* 20. §. 47.

43 Sed jam singulas miras Prodigii circumstantias non arbitratu meo, officiique studio, sed suavissima veritatis vi adactus tabulis, Actis, Testibus a censuris vindicavi. Illud ergo restat unum, ut cum ornatissimo Fidei Promotore §. 32. concludam = *Quid de Miraculi præstantia, & Classe, ad quam sit referendum Supremo* SANCTITATIS VESTRÆ *judicio, auditis Patribus, definiendum relinquo.*

MIRACULUM II.

Instantaneæ perfectæque sanationis P. FRANCISCI AB OCTAJANO *Ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci a Phthysi Pulmonali, confirmatoque Marasmo*.

44 Quod usu in præclarioribus Causis venire scripsit Benedictus XIV. *lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 1. quandoque Fidei Promotores *difficultates* excitare *levissimas ex defectu materiæ*, ne suo desse muneri videantur; id cum in primi, tum in hujus Miraculi actione accidisse intelligimus. Eximio enim Viro, qui modo tanta religionis ac diligentiæ laude hoc munere fungitur, ut nihil ei vel ad doctrinam, vel ad eloquentiam deesse videatur, post iteratas a nobis hujus Prodigii vindicias nonnisi illud restabat unum, quam oculatorum Testium fidem, argumentis cum non posset, verbis saltem extenuare.

45 Huc porro spectat ars illa oratoria, qua ab unius Testis verbis = *Queste visite furono brevissime per timore d' infezzione* = Animad. §. 35. omnes omnino reliquos *fugam capientes e cubiculo ægrotantis* effingit. Si unus, non ergo omnes. Hic vero unus P. Michael a Palma haud multa mora opus habuit ad agnoscendum Phthysicum. Ait enim *avendolo andato TRE VOLTE a visitare LO TROVAI come scheltro, senza forze, cacciando quantità di materia sanguinosa, e puzzolente* Summar. pag. 41. §. 176. *exadv. cit.*; Idque in postremo morbi stadio cum *solamente gli era restato l' uso del latte per mantenersi un altro poco in vita* Summ. pag. 41. §. 177. quibus visis *vel plebejus vera Phthoe laborare pronuntiat*, inquit Sennertus *Pract. lib.* 2 *par.* 2 *cap.* 12. ac fusius *in Nov. Resp. p.* 61. §. 167. & *seq.* Ecquis vero eum quoad omnia ab ægroto auritum censet, quia dixerat = *sò per bocca del medesimo P. Francesco, che dopo la tosse, e spurgo della materia sanguinosa restava in modo debole &c.* Animad. §. 37.? Quomodo enim ægri debilitatem nisi ab ægri ore rescire quis potest?

46 Quamquam vero contagionis metus sodales ab ægroti familiaritate, & consuetudine avertisset *Animad.* §. 55., ut ipse Sanatus ait *Summ. pag.* 19. §. 13. *exadv. cit.* Sodales *Temevano d' infettarsi col meco pratticare, o USARE COSE DA ME ADOPRATE, credendomi ogn' uno già Etico Tisico*; eos tamen a Christiana charitate Consodalem ægrotum identidem invisendi non avertit. Hujusce rei illud argumento sit nullum reperiri symptoma in primo, secundo, ac tertio morbi stadio, quod ab oculatis Sodalibus non comprobetur, tum in epocha qua is in Cœnobio moratus est, ut in *Nov. Resp. p.* 65. *ad* 69. quam in postrema, qua lectulo jacuit apud Amitam *ibid. a pag.* 69. *ad* 79. *per tot.* Non enim tantummodo visitantibus, sed ministrantibus assidua sputorum mephitis contagium communicat, apud Svvieten. *ad Aphor.* 1206. §. *Talibus*, ubi = *Juvenis infecit Sororem, & ancillam, quæ ipsi in morbo assidue ministraverant*.

ra,

47 Quoniam vero qui ægrotum visitatum adit, licet quæ sibi præsentia sunt symptomata oculis videat, quæ vero ipso absente contingunt, nonnisi a præsentibus rescire valet; hinc P. Francisci Sodales Sacramenti religione devicta fide, quæ viderant ab iis, quæ audiverant, symptomata sancte discernunt. Ex hac vero religione, quin majorem ipsis fidem tribuat, ingeniosam ansam Animadversio sumpsit §. 36. *& seq.* cuncta conglobandi loca de iis quæ audiverant, ut cætera item, quæ viderant, audita concludat. Frustra tamen susceptos labores anteactæ Causæ actiones ostendunt, in quibus singulorum scientiæ causam exposui; *Prim. Resp. pag.65. ad 67.*, *& in Nov. pag.59. ad 63.*

48 Ecquis enim P. Andream a Palma in omnibus auritum asserat quia audivisse deponit, Medicos = *non vollero più prescrivere medicamento alcuno* = Animad. §. 36. cum tamen rotunde narret *Summ. pag.* 37. §.146. ibi = *MOLTE VOLTE VIDDI l' ammalato P. Franceseo nella Casa della predetta sua Zia IN OCCASIONE DI VISITARLO . . . Per questo costa a me per averlo udito da lui medesimo* = p.20. §.23., & ipso sanationis mane = *Sul mattino che io L'ANDAI A VISITARE . . . lo viddi cogli occhi miei* = p.36. §.138. & seq.

49 Ecquis auritum asserat P. Clementem a Palma, quia & ipse ait *Sum.* pag.39. §. 159. exadv. cit. = *seguitò ad essere assistito da due accennati Professori Aquila, e Rainone per quanto intesi dalli medesimi* =, ac si hæc scientiæ Causa uni Medicorum assistentiæ coarctata ad cætera quæ deponit extendatur? Ex opposito constat eum fuisse Ordinarium ægrotantis cœnobitæ Confessarium = *mio solito Confessore P. Clemente da Palma* = Summ. p.21. §.33., constat eum visitatum etiam adiisse ad finem vergente Augusto post V. S. D. sepulchri visitationem. *Summ. p.* 39. §.163., ac denique constat eum visitasse eodemmet vespere quo mira accidit Sanatio. Sum. pag. 40. §. 167. = *Fui io chiamato a confessarlo NELL' ORA TARDI DEL GIORNO come feci &c.*

50 Ecquis tandem auritum dixerit P. Seraphinum a Palma Cœnobii Guardianum quia semel visitatum adivit ægrotum *Animad.* §.37. *cit.*? Cum tamen deposuerit; = *In vederlo restai fuor di me figurandomi di mirare UN VERO CADAVERO . . . per non vedere quella GRAN QUANTITA' DI MATERIA GUASTA, E MARCIOSA, che cacciava continuamente di bocca, e lo stuolo innumerabile di mosche, che lo trafiggevano* = *Sum. pag.* 45. §. 202. *exadv. cit.* Constat animum addidisse ægroto, eique benedixisse (loc. cit.) Constat = *che nel giorno che visitai il Padre Francesco teneva le GAMBE GONFIATE* = Sum. p.46. §.224. Constat ergo ea in visitatione, quantum vis expedita, ac postremis diebus habita, postquam a Medicis audiverat = *che tra giorni sarebbe andato al Sepolcro* =, veræ Phthyseos signa vidisse. Si cætera non commemoravit symptomata ab aliis Testibus visa, non ideo de iis quæ suis oculis vidit auritus est, neque singuli Testes de singulis testari tenentur; quemadmodum *P. Bonaventura a Sarno* qui penes amitam ægrotum non invisit, ut est oculatus de primo morbi stadio, sic de postremo est auritus.

51 Nemo certe, nisi Curæ Medicus pro sua peritia Cœnobitis Patri-

bus patefacere poterat Phthysis prognosim, contagionisque metum, quia *status morbi ex ejus testimonio dignoscitur*, inquit Benedictus XIV. *lib.3. cap.7. num.8.* Verum cum a curatione non fuerit unus Vincentius de Aquila, sed etiam Carolus Rainone; hinc non unus ille *Animad.* §.37. sed ambo de vera phthysi judicium tulere, ex ipso Sanato Summ. p. 19. §. 14. ibi = *I cennati MEDICI giudicarono, che la piaga fatta nel Polmone era degenerata in ulcere, e perciò MI ASSICURARONO, ch'ero caduto in una vesa Tisi confermata*, pag. 20. §. 21. *Giudicando ESSI essere insanabile il mio male, ne potere più avere ajuto alcuno dai medicamenti, LI SOSPESERO tutti* = Et pag. 27. §.33. = *Vedendo ciò I DETTI PROFESSORI . . . mi ordinarono gli ultimi Sagramenti* = Idemque testantur Sodales *Summ. p.*34. §.125. *p.*35. §.129. *p.*36. §.138. *p.*137. §.149. *p.*38. §.156. *p.*39 §.160. *alibique passim*.

52 Omnium vero infirmissimum argumentum est Medicum Carolum Rainone semel ad ægrotum accessisse penes Amitam, quia deposuerit ab ægroto Neapoli reduce = *di bel nuovo chiamatomi mi disse, ehe in Napoli &c.* = Animad. §. 37. Ut enim post reditum Medicum Rainone ægrotus accivit *di bel nuovo*, sic ille *di bel nuovo* ejus curationem suscepit = *VISITANDOLO da tempo in tempo* = ut ipse Medicus affirmat *Sum. p.* 32. §.108. ac Sanatus p. 19. §. 12. & seq. = *Me ne tornai da Napoli per così morire in casa di una mia Zia . . . Infatti mi ritirai in detta Casa . . . Frattanto però CONTINUARONO li Medici Professori RAINONE, ED AQUILA l' incominciata mia Cura* =, & pag. 26. §. 65. Quamvis autem Rainonius sudores quibus æger post sanationem madefactus fuit, laterisque dolores ab ægroto resciverit *Animad.* §. 37. haud tamen sequitur non invisisse ægrotum postquam a V. S. D. Sepulchro redierat. Nam copiosam puris excretionem, ferinam tussim, lentam febrim, perfecti Marasmi signa, quæ postremis iis diebus percrebuere, ceu testatur alter Curæ Medicus *Summ. p.*27. §.75., *& seq.* Rainonius item de visu deponit *Summ. p.* 33. §. 116. Dictio denique *ben'anche* ab eodem usurpata quoad laterales dolores a Sanato auditos = *avendo ben' anche inteso dal suddetto P. Francesco . . . soffri dolori &c.* = licet sit augmentativa, auget quidem eorum symptomatum numerum, quæ paulo ante recensuerat, ac si dixisset, præter a se visa symptomata, audivisse superadditos quoque dolores; non auget tamen, sive extendit ejus absentiam ad illud tempus, quo cætera a se visa symptomata recruduerant.

53 Horum Testium scientiæ causa vindicata sua sponte ruit Animadversionis hypothesis §. 38. *ad* 40. totam probationem ex Sanato, Medicoque curæ conflatam. Utramque divisim *omne in hanc rem ferre punctum* ingenuus Censor fatetur, verum quia nullum discrimen inter unam aliamque phthysis confirmatæ historiam agnoscit, eas Archetypum, & Apographum nuncupat. Uter horum est Archetypum, ægrotus vel Medicus? Si ægrotus qui morbum passus, cur nam Medici, ægrotorum Apographi, examen Benedictus XIV. *lib.3. cap.7. num.8.* tam utile scripsit? Si unius ejusdemque morbi historia, seu verius una illius pars, quæ de postremis sudoribus est, syntonis aliquando verbis sen-

ten-

tentiisque describitur, id non Testibus, sed Judicibus vitio vertendum laudatus Pontifex docuit *lib.2. cap.49. num.14.* ibi = *Fit ut unum idemque factum a pluribus auditum Testibus eodem modo iisdemque non solum sententiis, sed sæpe verbis Judex ipse, vel Fiscalis Notario dictat, quibus alias usus fuit* =. Sanatus vero haud sui Medici relationem transcripsisse videtur, qui eo prior venit ad examen; neque litteratum virum in suo describendo morbo technicis usum Medicinæ verbis quis jure miratur; ceu fusius *Nov. Resp. p.63.* Lævo proinde tempore Juris regula affertur, quod *unus sit Testis, si alter de auditu ab altero, & alter de visu ab eodem, perhibeant*: Animad. §. 40. Sanatus enim non jam de auditu a Medico, sed infelici experientia lethalem suum morbum percepit; Medicusque vicissim non a Sanato audiverat, sed oculis, sensibus, artisque peritia illius morbi diagnosim novit, prognosim pronunciavit.

54 Coctam jam recoquere crambrem Animadversio postulat §. 41. dum a nobis requirit an pulmonalis Phthysis ad ultimum gradum pervenerit, ullaque Crisi sanari potuerit. Illud non modo in priore Causæ actione *a pag.42. ad pag.62.* verum etiam in altera distincto dicendi ordine *de Pulmonalis Phthysis Causa & gravitate*, inde *De eadem Phthysi confirmata, sive pulmonis ulcere desperatoque Marasmo a pag. 65. ad pag. 79.* pathognomonicis symptomatibus, quæ præsens in tempus omitto, luculenter probavi. Imo vero peritissimus Vir *Josephus Belli* a Sac. Congregatione de Sententia *pro veritate* rogatus in suo elucubratissimo Voto *a §. 1. ad 30.* pronunciavit P. Franciscum *Phthysi pulmonali reapse laborasse, quæ ex Vomica Pulmonis proficiscebatur, atque hanc PHTHYSIM PENITUS INSANABILEM AD TERTIUM GRADUM PERVENISSE SEU MARASMUM.*

55 Haud ultra progrediar. Eo enim me adductum video, quo adexcludendam Crisim nulla amplius egeam probatione; Nam ornatissimus Censor candide scribit *seq. §. 46.* = *Si probatum undique foret Phthysim Pulmonalem qua laborabat ægrotus ad tertium Phthysis gradum pervenisse &c. tunc CRISIS EFFECTUS ESSET OMNINO DESPICIENDUS* =. Qui vero hanc optat probationem superiores vindicias adeat quibus tum Clinicorum, tum Benedicti XIV. Sententia probavi Chronicos morbos, cujus generis Phthysis est, nulla posse Crisi sanari *Prim. Resp. p. 102. & 103., & in nova pag. 95.* Audiatque Peritum pro veritate scribentem in suo Voto pag. 22. §. 45. = *Sudor ille universalis, quo se madefactum invenit P. Franciscus post quinque horarum placidum somnum, quem feliciter sumpsit vix implorata ope V. S. D. Ligorii* CRITICUS NON FUIT, UTPOTE QUIA PHTHYSIS PULMONALIS HAUD MORBUS EST, QUI SOLVI POSSIT PER CRISIM &c. §. 46. *Concludi merito potest, quod isti sudores &c. neque Critici, neque symptomatici ullo pacto dici possunt, sed consultius videtur eosdem respicere veluti accidentales* =. Res est in vado; neque opus est, ut de hac re multam habeam orationem, qui probe novi quanti Sacer hic Senatus Medici pro veritate scribentis sententiam faciat, juxta Benedictum XIV. *lib.4. p. 1. cap.8. num.5.* ibi = *Opus præci-*

ci-

cipuum esse Medicorum ; qui a Sac.Congregatione eliguntur ut suum pro veritate proferant Judicium &c. apud S. quippe Congregationem IPSORUM JUDICIUM PLURIS ÆSTIMATUR.

56 Pluris item sese æstimare profitetur ingenuus Fidei Promotor hoc Periti judicium *solidioribus artis Medicae principiis refertum* Animad. §.48. , sed ejus pretio aliquid detraxisse sibi videtur , quod is fide bona adhæserit relationibus tam Curæ Medici , quam alterius extraordinarii Physici Rainone , & Coenobitæ Viri ab Octajano . Nisi fabulosam aliam sibi historiam effinxisset , secus judicare qui poterat ? Noverat peritissimus Archilicæi Romani Antecessor sæpius alias ab hac S. Congregatione de sententia rogatus , a Testibus , præsertim vero ab ægroti Medicis morbi causas , & symptomata esse petenda , ac ab eorum relationibus tutum pendere judicium ; uti testatur Benedictus XIV. *lib.*4.*p.*1. *Cap.*8. *Num.*4. ibi = *Cum nonnulli Medicorum ad aegrotantis curam advocentur , quorum examen in Processum inseritur &c. alii vero a S. Congregatione deputentur , qui interposito juramento scriptis exponant , quid pro veritate sentiant , AD HOS praecipue SPECTAT rationes ab aliis allatas &c. & causas , & symptomata morbi AB ÆGROTI MEDICIS RELATA ad trutinam revocare , SINE QUARUM NOTITIA TUTUM FERRI NON POTEST JUDICIUM de Morbi gravitate &c.* ac num.7. = *Si Medicus ea in suo examine non retulerit , inutilis omnino futurus erit labor &c. Medicorum qui a S. Congregatione eliguntur ut suum pro veritate ferant judicium* . Et lib.3. cap.7. num.8. = *Nemo non videt tum Consultores S Congregationis , tum MEDICOS ab ea INTERROGATOS in Miraculi discussione TUTIUS procedere posse , si Medici curae adstantes testati sint* . Haec quoad symptomata a curæ Medicis relata , quia *quod ignoratur in facto Medicus non assequitur* , affirmavit Cl. Lancisius penes Lambertinium . *loc. cit.* Quoad vero judicium excellens in nostra Causa Peritus suum esse sciens *rationes ab aliis allatas ponderare* , & *examini subjicere* (loc. cit.) non tam bona fide Testium sententiæ adhæsit , ut ab ea , præsertim de sudoribus , non recesserit .

57 Atque ad id , unde parumper digressi sumus ut revocetur oratio ; cum idem Peritus quod tuebamur pronunciaverit , Pulmonalem tabem nulla crisi sanandam , sudoresque non fuisse criticos ; eo in eventu non sumus , quo Ecclesia crisim videt , ejusque causam ignorat *Animad.* §.44. , quia Pulmonalis Phthisis , dummodo fuerit *incipiens* , una esset crisis pulmonis mundificatio per excretionem quotidie imminutam , per puris conversionem in album , bonum , concoctum , prorsusque inodorum , ipsiusque pulmonis ulceris consolidationem ; ceu præ ceteris de recenti ulcere docet Svvietenus *ad Aphor.* 1210. de *Phthisi Pulm.* = ibi = *Nullum ulcus sanari poterit , nisi prius reducatur ad conditionem vulneris puri , ut nempe consolidatio fieri possit . Hinc DEBET PUS EVACUARI PER BLANDAM , ET MODERATAM SUPPURATIONEM* . Post hæc tentanda est ulceris , sive vulneris jam purificati solidatio , *ut loc.cit.* §. *ultimus - Curationis scopus est ulcus Pulmonis purum consolidare , de hac autem re tunc in primis cogitandum est , quando videmus sputa*

ta habere dotes ***BONI PURIS*** *, & simul* ***COPIA*** *illorum* ***MINUI QUOTIDIE*** *dum simul emendata purulenta Sanguinis Cacochymia* , ***FEBRIS HECTICA PLURIMUM IMMINUTA*** *est , vel &* ***CESSAT*** ; quam quidem puris coctionem describit Benedictus in *Tabid. Theat. pag.* 112. ibi = *Si artis adminiculo sputum variegatum fit* ***CONCOLOR*** *; si a foedato* ***OPTIME DEPURATUM*** *; si ab inaequali* ***OPTIME SUBACTUM*** *, si a salino* ***INSIPIDUM*** *; si a faetente* ***INODORUM*** .

58 Ubinam quæso in nostra facti specie hanc crisim ? Ubinam successivam hanc morbi declinationem ? Ubinam puris in bonum conversionem , ejusque imminutionem ? Ubinam cessatam vel plurimum imminutam hecticam febrim videt Ecclesia ? Ex opposito vidit Mense Augusto , cujus die 29. mira rerum immutatio evenit , quod = *I sintomi maligni non solo persistevano nel primo piede ; ma anzi* ***DIVENTAVANO PESSIMI*** *. Seguito l'espettorazione della* ***MARCIA*** *sanguigna , e* ***PUZZOLENTE AL SOLITO PESO*** *di libre quattro , e più ,* ***LA TOSSE*** *solita non mi lasciava colla solita sua violenza ,* ***LA FEBRE LENTA*** *.. avanzavasi tutto giorno la* ***MACIE UNIVERSALE*** *,* ***E LO SPOSSAMENTO DI FORZE*** *, mi ridussi come* ***UNO SCHELTRO INCADAVERITO*** *&c.* ***UN VERO CADAVERO.*** *Si aggiunse a tutto questo* ***NEGLI ULTIMI GIORNI*** *di Agosto &c.* ***PIAGHE DELLA GOLA*** *. .* ***DOLORI FORTISSIMI*** *nel Collo , e nel fianco destro , che si estendevano per la regione del petto . . . Caduto già in una Tisi confermata , ed in* ***VERO MARASMO , CHE MI DOVEVA IN BREVE PORTARE AL SEPOLCRO*** ; ait de facto proprio Sanatus *Summar. pag.*21. §. 27. *ad* 33. & ambo Medici *loc. cit. in Nov. Resp. pag.* 91. §. 240.

59 Si ergo Ecclesia , quæ hæc viderat , extemplo videt hoc sceletum a mortis faucibus ereptum , ejus pulmonem mundificatum, ulcus consolidatum , & crisim non videt ; aperte videt potenti Ligorii ope unam Excelsi dexteram tam mirum fecisse opus . Miraculum enim est , cum videtur effectus , at causa est occulta , ait Bened. XIV. *lib.*4. *par.*1. *cap.*1. *num.*3. Cuinam quæso tam subitæ sanationis causa innotescit , eam ut Mirabile potius , quam Miraculum appellet ? Etiamsi *Sudores* Sanationem hanc præcessissent , neque essent *accidentales* , ut Peritus pro veritate definiit , cum tamen res sit de morbo qui non corporis fluida , sed solidam pulmonis partem afficiebat , haud umquam eos ab imaginationis vi ex concæpta sanationis fiducia excitata *animad.* §. 43. , instar crisis , profectos suspicari quis posset ; Nam ille ipse *Jacobus Blondellus* qui phantasiam ægrotis prodesse posse authumavit apud Benedict. XIV. *lib.*4. *p.* 1. *cap. ult.* ab Animadversione laudatum §. 44. *ad alios morbos transitum faciens ,* ***QUI SOLIDAS PARTES*** *afficiunt ,* ***NEGAT EOS A PHANTASIA FIERI POSSE*** *, & sic* ***MULTO MINUS CURARI*** , verba sunt præfati Pontificis *loco cit. num.* 30. qui in cit. *lib.* 4. *p.*1. *cap. ult. num.*32. disertis his verbis sententiam suam pronunciat = ***Dices*** *, alibi a nobis relatas fuisse historias Sanationum morborum . . . quae momento acciderunt vi fortis imaginationis &c.* ***At primum respondetur*** *, nos* ***ea miranda*** *retulisse ,*

quae

quae alii scripserunt, *NEC ULLIUS FIDEM AD EA CREDENDA OBSTRINXISSE*, *& quatenus* credibilia, *& etiam vera alicui videantur*, *credentem enixe rogamus*, *ut animadvertat ea exempla locum habere in hypothesi magnae irae*, *magni timoris*, *mortis certo imminentis*, *NON VERO IN HYPOTHESI FIDUCIÆ TANTUM SANITATIS AB ÆGRO ALICUJUS INTERCESSIONE OBTINENDÆ*, *& nemo est*, *qui ignoret majorem efficaciam irae*, *& timoris mortis certo imminentis*, *quam fiduciae gaudii*, *& spei boni obtinendi*. . . *quae omnia profecto suadent ab iratis*, *& timore correptis NON VALERE ARGUMENTUM AD EOS*, *QUI ÆGROTANTES VEHEMENTER SANITATEM DESIDERANT*, *ET SE EAM CONSECUTURAS SPERANT*, *aut vi alicujus naturalis remedii*, aut INTERCESSIONE ALICUJUS SERVI DEI, AUT SANCTI. Cui adæret doctissimus Pignattellus *Consult*. 56. *num*. 5. *tom*. 4.

60 Quod si hæc tanti valent in unis iis morbis, in quibus fit Methastasis, sive morbi in alium morbum conversio, *animad. cit*. §. 44., quanti nam valere debent in hac facti specie, in qua Methastasis nulla, sed perfecta sanatio? Et sane si phantasia hos excitasset sudores, ubinam est crisis a Deo Ligorii precibus immissa? Ubinam, inquam, ulceris mundificatio, purisque emendatio per sudores promota? *Non comparve più spurgo*, *nè sanguigno*, *nè marcioso*, testatur Sanatus *p*. 23. §. 42. Sed ingens illa icorosi foetid que puris copia, quæ totum pulmonis viscus alluebat, quæque a Sanati aliorumque oculis subito evanuit, quonam extemplo abiit, evasit, erupit? Concludendum ergo hujusmodi sudores fuisse omnino naturales, nec obstare Miraculo; quemadmodum definit Benedictus XIV. lib. 4. p. 1. cap. 8. n. 9. ibi = *Dicendum est non obstare Miraculo*, *si in aliquo cujuscumque generis miraculo*, *aut sanatione interveniat aliqua naturalis actio*, *vel motus*, *qui non habeat ex se vim efficiendi eventus expectati*.

61 Cum vero Pulmonalis Phthysis Symptoma non sit tussicula, sed puris per tussim rejectio, febris lenta, macies, aliaque tetra phe omena; hinc perfectam, & non concisam sanationem reddit tussicula illa, *piccolissima*, *e rarissima*; quæ per triduum in Sanato remansit, eoque exacto prorsus evanuit. Nam, quidquid senserit *Rosa* apud *Animad*. §. 45. cujus mentem explicavit Benedictus XIV. *lib*. 4. *p*. 1. *cap*. 8. ita Pontifex, concordatis Scriptorum Sententiis, definitive concludit Num. 19. = *Perfectam*, *& non concisam dici sanationem*, *si vis morbi illico*, *& in momento fuerit depulsa*; LICET PER ALIQUOD TEMPUS REMANSERINT MORBI CONSECTARIA *quaedam*; *puta lassitudo virium*, *imbecillitas &c*. Hinc in hac facti specie = *Quantunque per altri tre giorni avessi sofferto qualche residuò di tosse piccolissima*, *e rarissima per contrasegno del Miracolo*, NON COMPARVE PERO' PIU' SPURGO, NE SANGUIGNO, NE MARCIOSO; *ed elassi li tre giorni predetti* CESSO' INTERAMENTE LA SUDETTA TOSSE, inquit Sanatus *Sum*. *p*. 23. §. 42. ac fusius ex Medico in *Prim*. *Resp*. *p*. 105. *init*.

62 Nescio equidem quosnam infeliciores appellem, Medicos ne, an Phthy-

Phthysicos, si sputorum mephitis, ex qua contagium Clinici norunt, ipsum Curæ Medicum, Ægrotique Amitam de medio sustulissent. *Animad.* §.46. = Ita si res haberet nemo Medicorum, ac Parochorum Phthysicis assideret. Verum Scriptores, qui contagiosam Phthysim docent, perniciosum ad contrahendum morbum ægrorum contubernium, usumque rerum dixere, non autem simplicem visitationem. Svvietenus inter ceteros, qui per multis Phthysicis medicam suam opem præbuerat, testatur proprio olfactu foetida imprimis esse Phthysicorum sputa; eorumque halitum contagiosum; *ad Aphor.* 1206. §. *Foetida & seq.* Nihilo tamen secius, quamquam is *juveni*, *qui* FÆTIDUM ADEO *sputum, mane in primis, tussi rejiciebat*, UT FERRE VIX POTUERIM, *licet me non adeo delicatum credam, ut a similibus facile afficiar*; ibid = vixit tamen ægroto superstes, tamdiuque vixit, donec illius morbi historiam, ceterasque observationes suas multo labore elucubratas ediderit. Denique P. Francisci amita nescio an senio, vel Phthysi decesserit; unum scio dixisse Sanatum = *L' anno scorso è trapassata all' Eternità* Sum. p.19. §.18. = Ceterum satis nobis est ad confirmatæ Phthysis diagnosim Ægroti sputa fuisse *di marcia sanguigna, e puzzolente*, Animad. cit. §. 46. Nam non secutus etiam contagionis effectus contagium non negat, ut ponderat Sennertus Pract. *lib.4. part.3. cap.3.* = ibi = *In contagio considerandum corpus, quod inficitur, & contagium recipit. Non enim agens in quolibet agit, sed in dispositum, & sibi simile . . . eadem de causa accidere potest, ut una pestis uni familiae, vel nationi ob similitudinem, quam inter se habent, non aliis familiis vel nationibus perniciosa sit.*

63 Jure quodamodo postliminii illa rediisse Animaversio videtur §.47. ad Marasmi probationem deesse symptomata ab *Etmullero* tradita. Primæ enim Animadversiones cum id simile §. 35. a nobis postulassent non modo ex ipso tunc objecto *Sennerto*, sed etiam ex *Svvieteno*, *Baglivio*, ac *Mortono* probavimus, ut diversæ sunt Phthysis Causæ & species, ita diversa esse symptomata, nec omnibus omnia communia. *Prim. Resp. pag.* 86. *per tot.*, *& seq.*; ac præsertim de defectu capillorum defluxus, nunc iterum ab Etmullero petito, defectum hunc ab Hippocrate *autumni* tempestati assignari demonstravimus. At noster Ægrotus jam ex præcipiti Phthysi cum morte luctabat *die* 29. *Augusti*; Anne si tunc occubuisset haud eum confirmata Phthysi mortuum dixisses, quia mortuum cum capillis? Parem quoque Phthyseos, ejusque symptomatum differentiam exponit objectus nunc Etmullerus loc. exad. cit. = ibi = *Cujusque partis ulcus sequi Phthysim. Unde datur Phthysis Renalis, Pulmonalis, Iecoralis, Messenterii &c. a vomica &c.* Idemmet vero Auctor, qui inter Marasmi signa recenset brachia, pedes, manusque cum digitis arida *Animad.* §.47., inferius pedum tumorem assignat = *Tandem inquit supervenit interdum Diarrhaea, item tumor pedum aedemadosus*, & in prognos = DIARRHAEA *superveniens Phthysi*, *aut* TUMOR PEDUM *&c.* MORTEM IN PROPINQUO DENUNCIAT. Utrumque nostra refert historia. Convenit ergo cum ceteris Etmullerus. Is denique scripsit loc. *exadv.*

 cit.

cit. quod = *Diagnosis Tabis est facilis ; dum nempe Corpus sensim, ac sensim* EMACIATUR, *ac tabescit* ; singulas vero emaciatas corporis partes, quas is anathomice describit, faciem, costas, scapulas, claviculas, crura &c. omnia nostri Testes in unum complectuntur referentes P. Franciscum = *un vero Cadavero* ; *Uno scheltro incadaverito cui si contavano* LE OSSA UNO PER UNO SPORTE IN FUORI : *uno scheltro vero di morte in modo tale, che* DAL PETTO, E DALLE SPALLE GLI COMPARIVANO SPORTE IN FUORA TUTTE LE OSSE. *Sum. pag.* 21. §. 27. *pag.* 45. §. 212. alibique.

64 Facile autem assentior Vomicam rumpi solere circa vigesimum & interdum trigesimum, aut quadragesimum diem juxta Etmullerum a docto Censore laudatum *Animad.* §. 49. In hac vero facti specie non erupit, nisi postquam ægrotus SEPTIMESTRI SPATIO febribus intermittentibus cum rigore in aggressu, ac sudoribus in remissione, a quibus Phthysis originem repetit Cll. Mortonus Physiol. *lib.* 3. *cap.* 12. *p.* 127. fuerat afflictatus. Pus vero intra trigesimum, aut quadragesimum diem ab Ægroto Cœnobita non repurgatum cum primum post septem Menses prodiit haud fuit purum, album, leve, sed acre, graveolens, varicolor, croceum, subcruentum, saniosum, ac fœtidum, ut in *Prim. Resp. p.* 72. *& seq. a* §. 156. *ad* 167. *&* *in Nov. pag.* 86. *ad* 189. quod Pulmonis jam ulcus induxerat ; juxta ipsum laudatum Etmullerum *loc. exadv. cit.* ubi de Phthisi a vomica ibid. *In vomica in pulmonibus seu eorum abscessu est pus purum album leve, & æquale* = *Ubi tale pus non expurgatur varie degenerat a propria natura in varias sordes, & sanies & tunc supervenit* UL-CUS SORDIDUM, *quod dat Phthisim*. Sequentes vero octiduæ eruptiones, eædemque postea quotidianæ, haud quidem erant ulceris excrementa, sed ejus jamdiu facti corruptoria producta ; ut bene Helmontius *Cap. Ulcer. p.* 258. ibi = *Sanies, & pus non sunt excrementa ulceris, sed producta corruptoria ; suntque cruoris in noxiam materiam depravati indicia, signa, producta, effectus, sive fructus* ;& Swieten. ad aphor. 1205. de Phthisi = *Non est signum levis suppurationis, sed potius denotat* ULCUS PULMONIS *quod* MAGIS MAGISQUE PROSERPIT.

65 De lactis usu jam tertio quid dicam ? Dicam eum, qui symptomata morbi exeunte Augusto immediate ante sanationem perpendit, facile assequi quale levamen lac attulisset. Dicam, ut quotquot hactenus objectos Scriptores, sic modo *Etmullerum* ab Animadversione laudatum §. 49. in incipiente phthisi lactis usum probare, tunc *cum non adhuc supremum attigerit infirmitatis gradum*, ut candide refert Censor egregius *ibid.* ; in confirmata vero Phthisi, ut in re nostra, docuisse nocere magis, quam prodesse *loc. exadv. cit. in curat.* §. *Denique* ibi = *Observatur quod lactis usus &c. parum proderit quoties atrophia* EST A COLLUVIE *cujusdam* VISCERIS (ut in hac historia) *alias enim vix fieri potest quin lac corrumpatur in ventriculo &c. coagulatum postmodum lac plus* NOCET, *quam prodest*. Hinc scite Mortonus recentiorum facile princeps a *lacte* in confirmata Phthisi *Diarrhœam, ac inferiorum artuum Hydropem* gigni do-

cet

cet *cit. Phisiolog. lib.1. de Curat.Phthisis Cap.9. §.3.* quæ ambo in nostra facti specie concurrunt.

66 *Nil* vero agit *exemplum, litem quod lite resolvit*, juxta Poetam *Satyr.3.*, exemplum, inquam, a vetustissimo Isbrando de *Diemerbroeck* petitum sanationis per diætam lacteam cujusdam Viri Ludovici nomine ab acri salsoque catarrho correpti, ac fere iisdem symptomatibus stipati; *Animad.§. 50.* Toto enim Cœlo a re nostra distat. Nam Ludovici Morbum Auctor ipse definit = *a catarrho acri & salso ad pulmones descendente*. P. Francisci morbum Medici, Peritusque pro veritate definiunt *Phthisim pulmonalem ab intermittentibus febribus per solidos septem Menses toleratis*. Ludovici Morbus erat a catarrho ad pulmones *descendente*. P. Francisci morbus erat ab acrimonia ad pulmonem non modo *descensa*, sed quæ per septem Menses in illo clausa, eum corroserat, *ulcusque* induxerat. Ludovici pus, quod excernebat, haud asseritur fuisse fœtidum; P. Francisci erat *marcia puzzolente*; Ludovici vox erat rauca quæ catharro convenit; P. Francisci vox rauca non modo, sed etiam gula *aphthis* sive ulceribus (putrefacti pulmonis apertissimis signis) molestoque dolore affecta; Ludovici febris character ab Animadversione reticitur, non autem a laudato Scriptore, qui refert = *Huic morbo etiam parva aderat febricula, sed NON CONTINUA*. Patris Francisci febris character, ante vomicæ rupturam fuit per septem Menses intermittentis, in Pulmonarium tuberculorum suppuratione inflammatoriæ, facto denique ulcere HECTICÆ CONTINUÆ a putrido fermento semper sui similis absque accessus, recessusque periodo. Ludovici pus quod excernebat erat *spumosus quidam muccus ALBUS viscosus* quem ex *pectoris latere ascendere se satis sentire dicebat*; (loc. exadv. cit.) Patris Francisci pus erat *MARCIA BRUNA, VERDE, GIALLA, sanguinosa, E PUZZOLENTE . . . l' evacuazione di detta marcia proveniva da una piaga fatta nella sostanza pulmonale*. (*Sum. p. 27. §.76. p. 33. §. 116. alibiq.*); qua de re rejecta a Ludovico materies haud pus verum erat, sed *puriformis* a Medicis appellata, apud Sauvagesium *Nosolog. Class. X. §. 20.* De Haen. *Tom.3. Cap.5. pag.89.* aliosque. Ludovico per lactis usum post duas tresve hebdomadas cœpit TUSSIS MULTUM IMMINUI. P. Franciscus e contrario fatetur = LA TOSSE VIOLENTA MAI MI LASCIO' Sum.pag.19. §. 14. Ludovico = *cœpit Pulmo exiccari, parum quoque rejecit*; P. Francisco CONTINUO' LO SPURGO *di libre quattro in circa di Marcia sanguinosa, e puzzolente OGNI GIORNO*. Ludovicus *in dies fortior evasit*. P. Franciscus e contrario syntecticus passus est = *Sì grande spossamento di forze, che OGNI GIORNO VIEPPIU' SI AVANZAVA* Sum. pag. 20. §. 25. *Non fui più nello stato di alzarmi da letto dopo la visita fatta al Sepolcro, nè potevo stare seduto sul medesimo letto, se non appoggiato a più coscini*. Sum.p.21. §. 28. = Quisnam tandem fuit utriusque Ægroti exitus? Ludovicus (concludit Scriptor loc. cit.) *cum ego tunc Noviomagi non habitarem &c. totus emaciatus, & TABEFACTUS OBIIT*: P. Franciscus prece facta Ligorio sanus extitit, & *benchè faceva varj esercizj corporali straordinarj nel Giardino domestico*,

NE' FACCIA CONTO DI FREDDO, DI CALDO, DI PIOGGIA, DI VENTO, DI SUDORI, ed altre cose, oltre le sue frequenti Prediche, GODE tale PERFETTA SALUTE, quando la dovrebbe perdere a causa di quei suoi spropositi. Fra noi corre il detto ,, D. Alfonso a far Miracoli, il P. Francesco a far ,, spropositi ,,.

67 Itaque jure meritoque *Morgagnus* eos ridet Medicos, qui veram Phthisim curasse jactitant cum eas vident affectiones, *quæ vera phthisis non sunt, etsi ejus QUOAD PLERAQUE attinet CONSIMILLIMÆ videantur* = sunt ejus verba *Epist. Anathom.* 22. *num.* 30. = Quod si objectus Isbrandus Diemerbroeck in sua sanata Phthisi *catharrali* (quæ una tantum erat ad *Pulmonalem* dispositio) sibi visus patrasse Miraculum, ita concludit (loc. exad. cit.) *Periculosus admodum morbus est vera Phthisis, a qua paucissimi sanantur, nonnumquam longo medicamentorum usu malum AD TEMPUS LENIRI, & vita aliquando longius extendi potest, sed PERFECTAM SANATIONEM RARO CONSECUUNTUR ægri*, si inquam is redivivus nostram legeret historiam, & ipse cum ceteris Clinicis sese subscriberet verum fuisse Miraculum ab uno Deo, non a lacte patratum.

MIRACULUM III.

Repentinæ, absolutæque Sanationis CAROLI DEL VECCHIO *Clerici Tyronis SSmi Redemptoris ab Hæmophthysi cum acuto pectoris, totiusque Corporis dolore Rheumatico, tussique violenta una cum subita deperditarum virium recuperatione.*

68 Ita ne erit, ut quod Apostolica Sedes nostris in Causis potissimum optat, omnem, de qua agitur, rei probationem a sua Apostolica Inquisitione conflari, id in hujus Prodigii quæstione veluti obstaculum objiciatur? Quot, bone Deus, requisitæ conditiones, quot necessaria indulta, ut Ordinaria Inquisitio ad æqualem cum Apostolica probationis gradum elevetur? ex Benedicto XIV. *lib.2. cap. 5. a num.5. ad* 8. Equidem scio hactenus in hoc Foro invaluisse opinionem = *Convenire dignitati Sedis Apostolicæ, ut ad tanti negocii definitionem deveniatur DEPENDENDO A PROCESSU SUA AUCTORITATE CONFECTO; eoque magis cum Apostolicus Processus, non ab uno sed a pluribus Judicibus Delegatis conficiatur; nec Apostolicus Processus conficiatur, nisi transmissis a Fidei Promotore in Urbe existente interrogatoriis &c. NOVIQUE PROCESSUS CONSTRUCTIO &c. SUPER IISDEM MIRACULIS SUPER QUIBUS PRIMUS PROCESSUS CONFECTUS EST AB ORDINARIO rigidiorem, accuratiorem, & ad veritatem confirmandam MAGIS APTAM efficiat INDAGINEM*; verba sunt laudati Pontificis *lib.cit. C. 6. num.4.*

Cur

69 Cur nam ergo in hac Causa, quod in ceteris requisiti, censuræ loco cedit (*Animad.* §.55.) Curationis Medicum in Apostolica Inquisitione clarius Hæmophthysis diagnosim pronunciasse ? *Essere stata UNA VERA EMOTTISI*, suique judicii rationes addidisse = *giacchè al vomito di sangue si accompagnarono somma difficoltà di respiro, tosse violentissima con dolore anche acuto &c. Il Sangue lo giudicai, e lo stimo sboccato* DA VASI DE BRONCHI DEL POLMONE *perchè vivo, e rosso*. Sum. pag.55. §. 32. Si Hæmophthysis nihil aliud est, nisi Sanguinis sputum, sive excretio præsertim a Pulmone, hanc certe Medicus in sua item Ordinaria Inquisitione explicite retulit. Quamquam enim tunc morbi symptomata eo ordine retulerit, quo sese in aspectum prodiere, ita ut principio, & ab ipsa priore visitatione cum invenisset = *Infermato un Novizio . . . di un Reuma di petto con difficoltà notabile di respiro, con tosse convulsiva continua, e con dolore spasmotico fisso nella regione del petto*: ab hac priore visitatione suum est exorditus Examen; Haud tamen Hæmophthysim reticuit, cujus symptoma, ut inde prodiit, inde retulit, e vestigio addens = *il male s'ingiganti in maniera, che fino a trè volte diè per la bocca* REPLICATI BOCCONI DI SANGUE &c. *Il giorno di Mercoldì Santo lo trovai, che se l'era avanzato &c. che la notte antecedente* AVEVA BUTTATO UN ALTRA QUANTITA' DI SANGUE, *che io osservai in un vaso, e colle forze molto abbattuto &c. Mi fece temere, onde io nello stesso tempo richiesi dalli Padri, che l'assistevano &c. un altro Professore per Collegiare ; Giacchè* LA GRAVEZZA DEL MALE INDICAVA CONSEGUENZE PESSIME, E FUNESTE. Sum. pag.56. a §.37. ad 40.

70 Hæc Medicus retulit vix depulso morbo, ut ait Censor, Anno 1788. Hæc si cum posteriore Apostolico examine conferas inter sese consona invenies, quin opus habeas oblivionem supponere in Medico, qui prius Sanguinis excretionem, deinde Hæmophtysim commemorat. Idem enim utrumque sonat apud Svvietenum ad *Aphor.*1198. §. *Hæmopthysis*, ceterosque omnes. Itaque rite, recteque Medicus munere suo functus est, utpote qui prius tamquam Testis vocatus morbi symptomata retulerit; postremo vero ab Apostolicis Judicibus *ex officio* juxta R. P. Promotoris interrogatoria de sua Sententia rogatus, tunc eam aperte pronunciaverit = Sum. pag. 54. post §. 21. ibi = *Per eseguire con puntualità, e verità insieme* L'INCARICO ADDOSSATOMI *qual Dottor Fisico* DI RIFERIRE, E DARE *secondo la Medica esperienza* IL MIO SENTIMENTO *sulla sofferta infermità di D. Carlo del Vecchio &c.* SEMBRAMI A MIO GIUDIZIO *l'infermità sofferta essere stata* UNA VERA EMOTTISI. *Giacchè &c.* Sum. pag. 55. §. 32.

71 Pari ratione duo illi Testes quorum Animadversio meminit §.54., & 55. P. Laurentius Nigro, & P. Deodatus Criscuoli, licet juxta historiæ ordinem in priore Inquisitione commemoraverint Rheuma, tamen sanguinem quoque per tussim ejectum retulere; Scilicet P. Nigro *Sum. p.*63. §.79. *exad. cit.* ibi = *Fù assalito da un mal di petto con tosse convulsiva, e violenta, che gli cagionò anche* SPUTI DI VIVO SANGUE, *che li Medici mi dicevano, che*

che nasceva da offesa di Polmoni, & pag. 64. §. 83. E quibus postremis verbis, *li Medici mi dicevano*, *che nasceva da offesa de' Polmoni* = liquido constat ab ipsis Ordinariis tabulis haberi Medici *judicium* ipso morbi tempore Tyronum Magistro panditum, quod, *i sputi di vivo sangue* NASCEVA DA OFFESA DI POLMONI = scilicet esse hæmophthysim. P. Crescuoli in eadem Inquisitione Ordinaria non modo retulit audivisse Tyronem tempore suæ absentiæ correptum fuisse rheumate; sed item = *Seppi*, *che non si erano trascurati e salassi*, *ed altri rimedj opportuni*, *e che detti rimedj non solo non avevano punto giovato all'Infermo*, *che anzi sotto l'uso de' medesimi aveva* SPUTATO *in due volte da circa un oncia* DI SANGUE. *Nel Martedì Santo fu sorpreso da una tosse così continua, e profonda, che sembrava avesse dovuto buttare a bacili il sangue &c. verso le ore sette di quella notte &c. si risvegliò con tal'impeto di tosse, che lo astrinse a dare* DUE BOCCONI DI SANGUE VIVO, E SPUMOSO. Sum. pag. 59. *exadv. cit.*, & 60.

72 Ex his profecto unis aperte patet nullum habere locum in quo consistat, censuram illam, qua asseritur potiora hæmophthysis symptomata in Apostolica Inquisitione Testes retulisse *Animad.* §. 56. Si Apostolicos Testes oblivionis accusas ob suetam inter utrasque Inquisitiones temporis intercapedinem, frustranea erit in omnibus Causis Apostolicæ Inquisitionis constructio, minusque tuta Apostolicæ Sedis disciplina, qua Canonizationis negocium ab hac potissimum postrema Inquisitione pendere statuit. Verbo; cum Rheumatis morbus fuerit complicatus cum Hæmopthysi, quid obstat utrosque morbos retulisse Testes, qui non ideo inducuntur, ut judicium ferant, sed ut facti referant circumstantias? Fac hæmophthysis symptoma, quod est Sanguis per tussim rejectus, in conspectum non prodiisse, nisi post Rheumatis patefacta symptomata, quid impedit Prodigium a graviore morbo, qui est Hæmophthysis, inscribere, rheumaticis doloribus accessorie, ut ajunt, ac secundario in Epigraphe commemoratis? Hæc semper fuit Miracula ex complicatis morbis inscribendi forma (*Nov. Resp. p.* 103. §. 282.) ac nuper ex Decreto *adprob. Miracul.* in Causa Rothomagen. tunc V, nunc B. Mariæ ab Incarnatione. *sup. Mir. III.*

73 Neque tamen ex hujusmodi morborum concursu unluscujusque symptomata, & causa confunditur. Hæmophthysis causam ex actis habemus apertissimam; pondus scilicet supra vires a gracili adolescente elevatum, diuque ægerrime toleratum, *qui* = *Sebbene gracile di complessione* coactus fuit *a far qualche* SFORZO DI PIU' DI QUEL CHE POTEVA *in trasportando una tavoletta pesante pel troppo numero de piatti gli occorse di sentirsi come* UN COLPO NEL PETTO, *che glie lo lasciò addolorato con forte*, *ed acuto dolore* = ex curæ Medico *Sum. p.* 54. §. 22. Nullum certe Clinicæ scientiæ Scriptorem invenies, qui inter Hæmophthysis causas non recenseat gestationem ponderis, nisumve tollendi graviora pondera; ceu ex Etmullero, & Bellinio retulimus *in Prim. Respons. pag.* 111. *in fin.* & *seq.* quibus modo Willisium addimus ab Animadversione laudatum §. 55. qui *Sect.* 1. *cap.* 7. *de Sanguinis sputo* §. *Causæ*, hæc habet. *Inter*

cau-

causas EVIDENTES *referri debent &c. a tussi*, *aliaque* VIOLENTA *totius Corporis*, *aut pulmonum* AGITATIONE; adhæret Svvietenus ad Aphor. 1798. ubi: *Hæmophthysim natam credimus &c. ab ictu, lapsu*, PONDERE MAGNO ELEVATO. Sed quoniam adolescens post expertum: *un colpo nel petto, che gliè lo lasciò addolorato &c. malgrado prosegui a servire sino alla fine della tavola, dopo della quale*, SEBBENE SUDATO SENZA CAMBIARSI *si pose a letto*; pergit idem Medicus *loc. cit.* hinc orti sunt Rheumathici dolores; ceu ex Sydenhamio docet Svvietenus *ad aphor.* 1491. *de Rheumat.* ubi causam refert *Calefacto corpori subito admissum frigus*; & Peritus pro veritate *in suo Voto super III. Mir.* §. 3.

74 Quæ hactenus de morbi causa, eadem de symptomatibus. Rheumatis symptoma est *dolor vagus universum fere Corpus perrerans, ac fere momento temporis ab una in aliam partem transiliens*, inquit doctus Tozzius *Oper Tom.3. p.240. col.2.* ac Svvieten. *ad Aphor.* 1491. *de Rheumat.* : Ex opposito Hæmophthysis pathognomonicum signum esse Sanguinis per tussim excretionem omnes norunt; *Rheuma* tamen *aut universum corpus, aut pectus dumtaxat afficiat vel acutum, vel chronicum sit*, SANGUINIS EXPUITIONEM HAUDQUAQUAM PRÆSEFERT; *ideoque si huic morbo Sanguinis excreatus accedat, considerari debet hic postremus* MORBUS OMNINO SEJUNCTUS A PRIORE', *atque respici debet veluti ægritudo complicata*; verba sunt experientissimi Periti a Sac. Congregatione Consulti *in Voto super III. Mir.* §.5.

75 Hæccine imaginationis vis exterriti Juvenis *Animad.* §.57., ictus scilicet in pectore, sanguinisque repetita rejectio per ferinam, violentamque tussim? Sed jam de II. Miraculo disserens nullam sibi imaginationem decerpere posse partem in *solidarum præsertim partium* morbis ostendi ex Benedicto XIV., qui item pro regula statuit nullam obstare Sanato, cæterisque Sodalibus erga V. Parentem suum affectionis suspicionem: *Nov. Resp. pag.*100. §. 273.

76 Quid vero nos impedit quominus Corporis motus, qui a nostra voluntate dependent supra ipsas naturæ vires exercere conemur? Dolor ne? At etiam dolore, molestia, torpore præpediti non tam agimus, quam ad agendum nitimur; & eousque nitimur, donec, fessis jam viribus, lassitudo succedat; uti ad rem ponderat Svvietenus *ad Aphor.* 587. §. *Lassitudo* : ibi : *Adesse dicitur quando motus voluntarii* NONNISI CUM SENSU *molestiæ, torporis, & obtusi aliquando* DOLORIS *exerceri possunt; uti contigit etiam hominibus* NIMIO LABORE, *& imprimis non consueto* DEFATIGATIS *a nimia jactura subtilissimi liquidi ad musculares motus requisiti, &* VALIDA, *& diuturna* AGITATIONE *partium* CORPORIS *molestus ille lassitudinis sensus oritur*. Nisus ergo illi, quibus gracilis adolescens *del Vecchio* adactus *a far qualche* SFORZO DI PIU' DI QUEL CHE POTEVA &c. *li occorse sentirsi come un colpo nel petto, e glie lo lasciò addolorato con forte, ed acuto dolore, ed esso* MALGRADO *prosegui a servire sino alla fine della tavola* (Animad.§.57.) nisus, inquam, illi dolorem non excludunt, imo

imo *conatus* = *sforzo di più di quel che poteva* = motusque *malgrado* exercitus doloris perennitatem supponunt, quæ ipsum ad agendum supra naturæ vires adigebat:

77 Si pectoris dolor, inquis *Animad.* §. 57. *cit.* ad spasmatis gradum pervenerat, non video quomodo placide somnum capere potuerit = *prosegui a servire sino alla fine della tavola, dopo la quale sebbene sudato senza cambiarsi si pose in letto, su cui non poteva trovar sito per lo spasimo sudetto; ma finalmente prese sonno, e svegliatosi poco dopo si senti tutte addolorate le membra, ed aumentato il dolore nel petto* = *Sum. pag.* 54. §. 23. *& seq. exad. cit.* At mirari desines, si primum haud relatum legeris pectoris dolorem ad spasmatis gradum pervenisse, sed non posse ægrum *trovar sito per lo spasimo sudetto* relativum scilicet dolori *forte, ed acuto* paulo ante commemorato; si inde advertas captum ab ægroto somnum, naturalem non fuisse, sed præternaturalem. Fuit siquidem collapsæ naturæ absoluta necessitas, cui statim succumbere omnino debuit = *sebbene sudato senza cambiarsi* =; fuit totalis virium defectio a prægressis conatibus orta nisusque naturæ ad exhaustos spiritus reficiendos; ut bene cl. Tozzius *Oper. tom.I. de Somn. p.*34. *col.*1. = ibi = *Post nimium motum, ac corporis defaticationem in somnum prolabimur, fortasse natura in virium refectionem incumbente.* Idque docte explicat Willisius *Oper. cap.* 16. *de Anima Brutor.* §.2. ibi = *Cum post exercitia immodica PROPTER CALOREM ACCENSUM, AC SUDOREM DIMANANTEM spiritus copiose exhalant; qui supersunt veluti fusi, & ab invicem distracti quamprimum sibi metipsis relinquuntur, omni statim opere supersedent, quo intus concentrati vires suas recolligant.* Concluditque, *quod somni capessendi &c. ut spiritus a motu defessi, aut exhausti reficiantur NATURÆ LEX quædam sive NECESSITAS incumbit, eumque NOBIS sæpe INVITIS accersit.*

78 Quamobrem ut ipsi Pleuritici acuto licet Thoracis dolore correpti omnino non possunt, quin absolutæ naturæ necessitati cedant somnum per aliquod temporis spatium carpentes; sic & gracilis defaticatusque adolescens, non obstante dolore, eidem necessitati cessit. Sed quantum somno dedit? Nihil; *svegliatosi POCO DOPO*. Quis nam eum e somno evocavit? Dolor; *svegliatosi poco dopo si senti tutte addolorate le membra, ED AUMENTATO IL DOLORE NEL PETTO* = Ergo dolor qui collapsæ naturæ aliquantisper cessit, somnum statim excussit; proindeque patet præternaturalem illum fuisse somnum, ceu docet Sennertus *Pract. lib.* 1. *p.*2. *cap.*2. *de Somno* = ibi = *Non absolute naturalis est* (somnus) *qui & naturali gravior dicitur QUI nimiam corporis exercitationem, & laborem &c. DOLOREM, similesque Causas SEQUITUR, calore naturali, & spiritibus supra modum assumptis*; concinitque Bellinius *Op. Med. Tom.* 2. *de Morb. pect. p.*349.

79 Pari conatu cum oppressus dolore, viribusque fractus adolescens pomeridianas exequi Instituti exercitationes religiose tentasset eodem infausto successu a doloris vehementia lassaque natura victus deserere propositum debuit. *Sforzossi per quanto potè di farsi gli atti comuni del giorno &c. ma non reggendosi ne sedu-*

duto, *ne inginocchiato*, *ne coricato per terra ricorse al Maestro de' Novizj*, *che inteso il fatto ordinogli di mettersi a letto*, *e mi fece chiamare*; verba sunt Medici *Sum. p.54. in fin. exadv. cit.* Id certe quod tuemur, dolorem fuisse maximum, apprime probat.

80 Sane non video quonam argumento solertissimus Censor *in mendo* esse scribat quidquid Sanatus Medico retulerat, quia is in Ordinariis tabulis licet meminerit de = *dolore insoffribile nel petto con una tosse secca convulsiva* . . . *il male in cambio di cedere più s' inaspriva*, *tanto che nel giorno* 18. *poi buttai due bocconi di Sangue vivo interpollatamente*, *e la notte seguente ne buttai due altri bocconi più grossi dei primi uno successivo all' altro* . . . *il dolore cresceva*, *ed era insoffribile senza potermi muovere da niun lato* = *Sum. pag.* 53. §. 14. *ad* 17. penes *Animad.* §.58.; sermonem tamen non habuit de causa gravissimi doloris in regionem pectoris illati ex gestatione ponderis supra vires = *pel troppo numero de' piatti &c.* = Si enim hanc doloris causam non retulit, non aliam certe indigitavit. Si nullam, quomodo mendax? retulit tamen = *alli* 12. *Marzo di questo corrente Anno* 1788. *mi sentii una grande asprezza nel petto &c. tanto che mi SI FISSO' UN DOLORE INSOFFRIBILE AL PETTO con una tosse &c.* Sum. cit. pag.53. init. Si vero rigidissima animadversio hujusce doloris causæ ex ponderis gestatione ortæ probationem, non modo ex *Apostolicis* tabulis (quod unum requiritur) sed item ex *Ordinariis* optat; in promptu est. Ita enim P. Laurentius Nigro Tyronum Magister *in Proces. Ordin.* Summ. pag. 63. §. 79. = *D. Carlo del Vecchio il mese di Marzo del corrente Anno* 1788. *nell' atto*, *che io stavo esercitando l' impiego di Maestro de' Novizj &c. per* UNA FATICA FORTE NEL SERVIRE A TAVOLA *degli Esercizianti del numero circa ottanta*, *da* ME DESTINATO A FARE, *fu assalito da un mal di petto con tosse convulsiva*, *e violenta*, *che gli cagionò anche sputi di vivo Sangue*, *che li Medici mi dicevano*, *che nasceva* DA OFFESA DE' POLMONI. Cui adhærent Fr. Leonardus Cicchetti *in Proc. Ord. Sum. pag.* 62. *post* §. 63. = ibi = *D. Carlo del Vecchio* SERVENDO A TAVOLA INSIEME CON ME, *ed altri fu assalito da un fiero dolore di petto &c. diede più bocconi di Sangue*, *ne cessando il dolore ai replicati salassi &c.* Fr.Alexius Pollio in cit. Proc. Ord. Sum. pag.63. §.76. *D. Carlo del Vecchio avendo* PER UNA STRAORDINARIA FATIGA *contratto un mal di petto con tosse violenta*, *e sputo di vivo Sangue spumoso nel mese di Marzo &c.* = Omnes autem Clinici, qui de Hæmophthysi scripsere, non a pectoris ictu, sed a graviore gestato pondere causam ejusdem repetunt.

81 Quid vero refert an corporis immobilitas, qua detinebatur ægrotus = *senza potermi muovere da niun lato* = Rheumathi quoque conveniat? Complicati hi morbi duplex dolorum genus afferebant; dolorem scil. pectoris a quo hæmophthysis, omnium vero artuum a Rheumate. Attamen Sauvagesius ab Animadversione laudatus §. 58. *in fin.* de Rheumatismi dolore disserens *Nosolog. class.* 7. *num.* 3. docet, quod *Rheumatismus brachia*, *crura*, *nunc illa*, *nunc ista* VAGE AFFICIAT NON VERO DETERMI-

 MI-

MINATIS LOCIS INHÆREAT. Ex opposito de pectoris dolore Sanatus ait, in Proc. Ord. = *Mi si FISSO' un dolore insoffribile AL PETTO* = Sum. pag.53. Et Medicus utrosque dolores distinguit *Summar. pag.* 54. §. 23. = ibi = *Gli occorse di sentirsi COME UN COLPO NEL PETTO, che glie lo lasciò addolorato con forte, ed acuto dolore . . . svegliatosi poco dopo si sentì TUTTE ADDOLORATE LE MEMBRA, ed aumentato IL DOLORE NEL PETTO* =.

82 Hic nos animadversio interpellat, provocatque ad probandum Hæmophthysim potius a pectoris ictu quam a tussi fuisse ortam *Animad.* §. 59. Si a tussi concederem, quid inde? Alteram proferrem Hæmophthysis causam ab omnibus omnino Scriptoribus traditam, ac præsertim ab Hoffman *Tom.* 3. *pag.* 110. §. 6., & Gustavin. *lib.* 2. *locor. de Medic. select. cap.*4. *pag.* 30. Etmuller. *Oper. Med. Tom.I. pag.*385. *de Hæmophth.* §. *Causæ* = ibi = *Ruptio cujusdam vasis in Pulmonibus . . . EX TUSSI nimis concitata*. Be lin. *de Morb. pect. verb. Hæmophthysis pag.*189. = ibi = *Causa TUSSIS VIOLENTA*, aliique omnes.

83 Urget vero Censor egregius „ Sanguinis excretio post lapsum „ sex dierum apparuit; contra vero *dolore nel petto = tosse* „ *secca convulsiva* illico post ictum in pectoris regione; quamobrem causa proxima cruoris tribui nequit interno ictui ex „ gravi onere illato, quia statim Sanguis apparuisset *Animad.* „ *cit.* §. 59. „ Statim quidem sputum Sanguinis apparuit = *lo sputo di Sangue dal principio comparve*; scil. die 12. Martii, quo primum pectore dolere cæpit ægrotus *buttai Sangue* Summ. pag.51. §. 2. & seq. = *Fu assalito da un male di petto, che gli cagionò sputi di vivo Sangue* = Sum. pag. 83. §. 80. Sed si statim copiosus apparuisset cruor, nec nostra nec vestra, AA. Judices, hæc quæstio tempora moraretur; quia statim ægrotus purpuream evomisset animam. *Metus quidem est* OB SUBITAM RUPTURAM *vasorum si majora fuerint ne purpuream vomant Animam*, ET SUBITO PEREANT, verba sunt Svvietenii *ad Aphor.* 1398.

84 Hinc apud Clinicos cruentus vomitus ab Hæmophthysi diversus morbus est; qui morbi inter sese Sanguinis quantitate discriminantur; itaut Hæmophthysis sive Sanguinis sputi gravitas, difficilisque curatio haud a quantitate pendeat, sed a difficili rupti vasis consolidatione, unde vel repentina mors, vel inevitabilis phthysis (ut in *Vot. pro verit.* §. 7. & 8.). Difficultatem vero consolidandi vulneris omnes omnino Clinici norunt, tum ob tenerrimam flaccidamque pulmonis substantiam, tum ob extravasati cruoris stagnationem; tum denique ob tussim, quæ pulmonem assidue dilaniat, eamque impedit quietem, qua scissæ partes cohalescere possint, apud 1. *Respon. pag.* 119. *per tot. & seq. pag.*126. *pag.* 135. §. 307. *Nov. Resp. p.* 111. *per tot.* = & Peritus pro veritate in suo Voto *sup.III. Mir. a* §. 7. *ad* §. 17.

85 In Hæmophthisi autem cruor ex apertis Pulmonis vasis non statim foris erumpit, sed interiores ejusdem Pulmonis partes, cellulosam scilicet tunicam, velliculosamque substantiam petit = *Vasa enim discissa pleno rivo sanguinem effundunt interius, licet* NULLA HÆMORRHARGIA EXTERNE APPAREAT;

Svvic-

Svvieteu. *ad Aphor.* 302. *num.* 8. *ante med.* & *Aphor.* 301. §. *fin.* & *Aphor.* 170. *num.* 3. §. *Magna* = Et sane vi illata vasi, ejus offensæ partes distrahuntur, ac sensim a se mutuo recedunt, donec per tussim excitatum sputum initio parvum, sensim augeatur; ceu pergere docet idem Svvietenus loc. cit. = Ibi = *Si a Vasorum ruptura contingat hæmophtisis violentis Causis prægressis &c. omnia, quæ vulneri recenti contingunt etiam locum habent &c. Dictum fuit partes vulneratas* SENSIM *magis magisque* A SE MUTUO RECEDERE &c. *Haemoptoe* INCIPIT CUM SPUTO *sanguineo* PAUCO, *sed* PAULO POST ACUTO. Confer Acta, & leges in optatis Ordinariis tabulis sputum sanguineum statim ab initio parvum, ac postea non obstantibus repetitis phlebothomiis auctum = *Nel giorno* 12. *di Marzo &c. Fui assalito da terribile rigore pettorale accopiato da una tosse orrida, e convulsiva &c. con ordinarmi* (Medicus) *più salassi, e vessicatorj &c. tanto più* LO SPUTO DI SANGUE, *che* DAL PRINCIPIO COMPARVE CRESCEVA A DISMISURA, *cosicchè dopo varj giorni val quanto dire dai* 12. *del sopraccennato Mese* (quo morbus cæpit) *che buttai sangue sino ai* 17. *dello stesso &c. lo buttai* PIU CHE VIVO, E IN QUANTITA'. Inquit de facto proprio Sanatus *Sum. pag.* 51. §. 1. *ad* 3. Et Medicus Sum. pag. 55. §. 26. *Cominciarono a vedersi dietro una tosse forte* ALCUNE RASCHE *tinte* DI VIVO SANGUE, *e finalmente la notte* ALCUNI BOCCONI DELL'ISTESSO SANGUE.

86 Sanguinis vero sputum initio inceptum = *che dal principio comparve* = incrementum illud quod postea sumpsit, citius forsan pandidisset, nisi repetitis præpeditum phlebotomiis = *Accorsi al male con* SALASSI, *pediluvj, vessicanti, ed altri specifici, che l' arte Medica mi sugeri, ma tutto fu vano*, ait Medicus Sum. pag. 53. init. *Mi fè soggetto a varj medicamenti con ordinarmi* PIU' SALASSI, *e Vessicatorj, e quanto più si adopravano &c.* repetit Sanatus Summ. pag. 51. §. 2. Tyronum Magister *Summar. pag.* 63. §. 79 = Satis autem constat phlebotomiæ vim esse, ut sanguis ad partem affectam non confluat, sed alio divertat; ceu docet Willisius *op. Med. Sect.* 1. *cap.* 7. *de sang. sputo pag.* 523. *col.* 1. ibi = *Ut sanguis ad* PARTEM AFFECTAM NON CONFLUAT &c. *Sanguis copiam minuere &c.* ALIO DIVERTERE *oportebit*; IN QUOS FINES PHLEBOTOMIA, *frictiones saepissime conveniunt*.

87 Quid quod nec in ipso cruento vomitu, in quo undatim eructatur Sanguis, eoque miseri aegroti obruuntur (quemadmodum nos obruimur probationibus) non statim totus ejicitur sed extravasatus in Pulmonibus hæret? Id præ ceteris in aprico ponit anathomica observatio relata a Lieutaud *Histor. Anathom. lib.* 2. *Tom.* 1. *pag.* 281. *art.* 40. ibi = *Vir quidam* 32. *aetatis annum agens* PONDUS GRAVE *incaute* ELEVARE *nititur, omnesque vires intendit. Paulo post* SENTIT DOLOREM *in lumbis*, ANXIETATEM, & *plurimum in pectore. Sequitur immanis haemophthisis una cum vomitu cruento. Pergente morbo exanguis evadit Æger, & in cachexiam incidit . . . demum suppressis sputis quadragesimo morbi die obiit* = *Reserato pectore in conspectum venit sinister pulmo partibus circum ambientibus hae-*

 rens

rens durus, & atro tinctus colore; *dissectus exhibuit* SACCUM AMPLUM CRUORE *foetidissimo*, *qualem vivens rejiciebat*, REPLETUM.

88 Ecquis in hac historia legens a nisu in grave elevando pondere ortum dolorem in lumbis, non ictum, sed anxietatem in pectore, & aliud præterea nihil, rem esse de solo *Rheumate* cum eloquentissimo Censore non existimasset? Ettamen res erat de interna hæmophthysi non modo, verum etiam de ruptis magnis Vasibus, de cruento vomitu, de pulmonali affectione, de MORTE; quæ omnia subsequens monstravit eventus. In nostra vero historia quisnam pectoris ictum, atque dolorem cæteris nuntiare valebat, nisi qui eum experiebatur AEgrotus? *Nam solus ille novit, qui dolorem patitur*; inquit Svvietenus *ad Aphor.* 220. Quare docet Benedictus XIV. lib. 3. cap. 5. num. 9. = *Aliqui sunt in Jure casus, in quibus* UNICUM SUFFICIT TESTIMONIUM &c. *cum res est de probatione alicujus facti in quo nedum difficile, sed impossibile quodammodo est præter unicum Testem alios reperire* = Et num. 17. in fin. = *Procedit regula juris de fide præstanda Testi de facto proprio testimonium reddenti in re, quæ* SOLO EJUS DICTO PROBARI POTEST. Cætera vero pathemata, anxietatem, ferinam tussim, cruoris excretionem per grumos, ipsumque rutilum, spumosumque sanguinem, non a Sanato *Animad. cit.* §. 59. = sed de visu Testes deposuere.

89 Sed aliam obiicit Animadversio §. 60. Medicam observationem a portentoso Dieremboerkio petitam cujusdam tibicinis, qui cum nimia violentia cantilenas tuba cecinisset, atque inde valde incaluisset paulo post suboscurum in pectore sentiit dolorem, & simul etiam cum tussicula sanguinem spumosum, sed paucum expuere cæpit, adeoque debilis evasit ut anhelitum vix trahere posset, sed continuo supinus in lecto jacere cogeretur; cujus curationem aggressus Dieremboerkius leniente medicamento, phlebotomia, ceratoque pectori applicito, statim maximum levamen sensiit Æger, atque anhelitum liberius, & fortius attraxit, Sanguinis sputum cum tussi prorsus desiit, musculi thoracis adeo firmati sunt, ut æger nullis aliis Medicamentis atque etiam sine prædicto cingulo rursus optime tuba caneret. Ad rem nos monet doctissimus Peritus pro veritate in suo Voto *super II. Mirac. pag.* 18. *init.* = quod *non omnes observationes, quæ apud Scriptores rei Medicae perleguntur omnem fidem merentur, cum non raro in Musaeo affictae sint*. Sed verax historia sit, a nostra tamen quidnam magis absimile?

90 Tibicen a tubæ inflatione *suboscurum* in pectore sensiit dolorem: Carolus dei Vecchio a gravi supra vires transvecto pondere sensiit UN COLPO NEL PETTO, *che glie lo lasciò addolorato con* FORTE, *ed* ACUTO DOLORE *spasmodico fisso nella regione del petto* Summar. pag. 54. §. 22. pag. 56. §. 34. *Mi si fissò* inquit Sanatus *un* DOLORE INSOFFRIBILE *al petto Summar.* n. 53. § 14. *Fui assalito da un terribile rigore pettorale, il quale nell' aumentarsi che fece mi recò sensibilissimo* DOLORE Summ. pag. 15. init. = Vide disparem vim vasibus inlatam. Nam si levis, & obscurus sit dolor unam indicat Vasorum dilatationem,

si

si vehemens, gravem pulmonis læsionem; Ex Voto *pro Verit.* *pag*.28. §. 15.

91 Tibicen correptus fuit *tussicula*, qua facile novit Diereemboerkius tubæ inflationem thoracis tantum musculos intendisse: Animad. §. 60. = Carolus del Vecchio ait. *Fui assalito &c. da una tosse* ORRIDA, E CONVULSIVA (pag. 53. §. 15.) = *Tosse* FORTE *convulsiva* = pag. 56. §. 37.) = *Tosse* VIOLENTA = *secca, e continua* = *violenta*, e FERINA *la tosse* (pag. 58. §. 46. pag. 60. §. 58.) Ferinam vehementemque tussim sanguinem e pulmonibus eruptum ostendere docet Etmuller. *Oper. Med. de Haemopt. in Diagn.* Svvieten.*ad Aphor.* 1210. Mussitan. *lib.* 2. *Trutin. Med. Cap.* 6. *de sang. Sputo pag.* 180. *Tom.* 1. ac scite Peritus pro veritate in suo Voto *super III. Mirac. pag.* 28. §. 15.

92 Tibicen post excretum cruoris sputum, spumosum quidem, *sed paucum*, instituta vix phlebothomia, applicitoque cerato statim *maximum levamen* sensiit; *Sanguinis sputum cum tussi prorsus desiit*. Secus eum Dieremboerkius in Phthysim prolapsurum existimabat =. Scribit enim *loc.cit.*= *Metuebam ipsum in Phthysim prolapsurum*. *Nam praeter* PERICULOSAM *sanguinis sputationem &c.* Carolo del Vecchio nec vel TRIBUS phlebotomiis, nec repetitis narcoticis sors eadem arrisit; imo in deterius omnia cessere; *Prescrissi* inquit Medicus Sum. pag. 56. §. 37. = *Sulle prime un Salasso, ed un Narcotico leggiero*, DAL CHE NON RICEVE' ALCUN SOLLIEVO; *seguitai ad assisterlo circa otto giorni, e non ostanti altri salassi sino al terzo, e continuazione di Narcotici leggieri, e blandi*, IL MALE S' INGIGANTI' *in maniera, che sino a tre volle diè per la bocca* REPLICATI BOCCONI DI SANGUE &c.*Il Mercoldi Santo &c.aveva buttato un'* ALTRA QUANTITA' DI SANGUE, *che io osservai in un vaso* (& pag. 55. §. 26., & seq.) = Sanatus de facto proprio Summar. pag. 51. §. 1. & seq. = *Il Medico mi fece soggetto per curarmi a varj medicamenti con ordinarmi più salassi, e vessicatorj, e quanto più si adopravano da me*, *TANTO PIU' LO SPUTO DI SANGUE, che dal principio comparve CRESCEVA A DISMISURA*; *cosicchè dopo varj giorni, val quanto dire dai* 12. *del sopraccennato Mese (di Marzo) che buttai sangue sino ai* 17. *dello stesso IO STIEDI CATTIVISSIMO, ed IL MALE in vece di far tregua, o lasciarmi, CREBBE', ne punto diminuissi a tal segno che nel giorno* 18. *LO BUTTAI PIU' CHE VIVO, ed IN QUANTITA'*. Et pag. 53. §. 15. = *Dal giorno* 12. *sino alli* 17. *di detto Mese IL MALE in cambio di cedere PIU' S'INASPRIVA tanto che nel giorno* 18. *buttai DUE BOCCONI DI SANGUE VIVO interpollatamente, e la notte seguente ne buttai DUE ALTRI BOCCONI PIU'GROSSI dei primi, uno successivo all' altro.* Et cohærent cæteri Testes *Sum.pag.* 63. §. 79. *alibique*. Ergo is ex allata Dieremboerkii sententia in Phthysim prolabebatur.

93 Tibicen Sanguinem, quem initio, nec amplius reddidit, expuit dumtaxat = scilicet = *Sanguinem paucum expuere cæpit* = *Sputum non erat copiosum* Animadv. cit. §. 56. = Carolus del Vecchio

chio non modo sanguinem paucum initio per violentam tussim expuere cœpit, sed postea rejecit copiosum = *tanto sangue buttato dal petto, che &c. ne trovai due vasetti ripieni*; inquit Medicus *Sum. pag.* 53. §. 19. = *per frenare quel sangue, di cui trovai alcuni vasetti* pag. 55. §. 28. = eaque erant vasa nocturna, sive cretaceæ matulæ quæ satis amplæ esse solent. *Summ.* p.60. §. 63. = Eumdem vero Sanguinem non ut antea expuit, sed ferina profundaque tussi eructavit per buccellas, & grumos = *BOCCONI di sangue vivo = due altri BOCCONI più grossi dei primi uno successivo all' altro = replicati BOCCONI di sangue &c.* quod rupti vasis ut exilitatem excludit, sic magnitudinem ostendit, juxta Willisium *de sanguin. sputo Sect.* 1. *cap.* 7. *num.* 3.; & Hippoc. de inter. affect. pag. 56. ibi = *Si vulnerata fuerit Arteria tussim habet, & sanguinem tustiendo rejicit &c. & GRUMOS ejicit.*

94 Tibicen post phlebotomiam nullo legitur amplius affectus *pectoris dolore*, sed ejus musculi thoracis *adeo firmati sunt*, ut æger nullis aliis medicamentis opus habuerit *Animad. cit.* §. 60. Carolus del Vecchio etiam post ternas phlebotomias, Vessicatoria, pediluvia, eo, quo morbi initio, & ante ipsas cruentas eruptiones correptus fuerat pectoris dolore perpetuo, direque excruciatus remansit *Dal* 12. *del sopraccennato Mese, che buttai Sangue &c. ECCESSIVO DOLORE* Sum. pag. 51. §. 3. *Presi la pillola* ait ipse de octavo die loquens, IL DOLORE CRESCEVA, *ed era* INSOFFRIBILE. = Sum. pag. 53. §. 17. = *Al vomito del Sangue si accompagnarono . . . DOLORE ACUTO* p.55. §. 32. = *Il giorno di Mercoldi Santo lo trovai tutto ambascioso, e mesto per per il GRAN DOLORE AVANZATOSI*, pag. 56. §. 39. = *Con ambascia tale &c. e DOLORE NEL PETTO, che si sentiva alle fauci della morte* pag. 50. = *Ne cessando il dolore ai replicati salassi* pag. 61. in fin. = Pertinax vero hic pectoris dolor post tres phlebotomias, totidemque Sanguinis eruptiones per sputa, per grumos, atque buccellas Pulmonis infractum, stagnatumque in eo extravasatum cruorem (ex quo futura inevitabilis Phthysis) portendebat, ex Svvieteno *ad Aphor.* 829. §. *Ita etiam cum Pulmo* Hoffman. *in supplem. p.* 3. *p.* 167. Bennet. in Theat. Tabid. §. *Vehementiores, &* §. *Phthysis impendentis*, aliisque.

95 Tibicen per phlebothomiam aliaque pharmaca anhelitum multo liberius, & fortius attraxit *Animad. cit.* §. 60. Carolus del Vecchio post tres phlebotomias, vessicantia, octiduaque pharmaca quin levatus erat = *anzi aggravato d'* AFFANNOSO RESPIRO uti de facto proprio inquit Sanatus pag. 51. §. 4. *Trovai* (mane sanationis repetit Medicus) *il Paziente &c. con* RESPIRO STENTATO, ED AFFANNOSO, *che mostrava voler tra breve esalar l'Anima* Sum. pag. 55. §. 28. & §. 32. = *Al vomito del Sangue si accompagnarono SOMMA DIFFICOLTA' DI RESPIRO* = p. 56. §. 37. *Con* DIFFICOLTA' NOTABILE DI RESPIRO. Et §. 39. *Il giorno di Mercoldi Santo lo trovai, che se l' era avanzato a* MAGGIOR SEGNO LA DIFFICOLTA' DI RESPIRO &c. *il medesimo Paziente tutto ambascioso*. Tyronum Magister Summ. pag.

pag. 58. §. 47. = *Lo viddi in un pessimo stato &c. con una* DIFFICOLTA' DI RESPIRO, ED AFFANNO, *che non lo faceva riposare*, & §.50. = *Con ambascia tale e* DIFFICOLTA' DI RESPIRO, aliique *Summar. pag.* 61. §. 67. *in fin. pag.* 62. §. 71. *pag.* 64. §. 86. = Si hæc difficilis respiratio, gravisque dispnoæa a Rheumate fuisset orta curnam tot phlebotomiis, ac vessicatoriis non cesserat? Si ab una vasorum distractione, curnam tribus phlebotomiis non cesserat, quæ una tantum phlebotomia cesserat in Tibicine? Volens nolens fateri Animadversio debet perennem adhuc dispnoæam respirandique difficultatem hærentem pulmoni Sanguinem foris adhuc educendum ostendere cum *Manget, Gortero, Hoffmanno* aliisque plurimis relatis *in Prim. Resp. p.* 148. §. 354. = *& pag.* 152. §. 359.

96 Tibicen ita viribus potitus est, ut rursus optime tuba caneret *Animad, cit.* §. 60. *in fin.* Secus enim ob virium debilitatem eum in phthysim proiapsurum Dieremboerkius affirmat *loc. exav. cit.* ibi = *Metuebam ipsum* IN PHTHYSIM PROLAPSURUM. *Nam præter periculosam sanguinis sputationem, tanta etiam aderat* VIRIUM DEJECTIO *ut in lecto erectus sedere non posset &c.* Carolus del Vecchio a morbi initio ad sanationis usque momentum omnibus omnino viribus fractus semper remansit; ut ipse fatetur Sum. pag. 51. §. 53. *Togliendomi sulle braccia il mio Maestro &c. in unita ad altri Fratelli stante la mia SOMMA DEBOLEZZA = Trovai*, deponit Medicus pag. 58. §. 19. *il Paziente ABBATTUTISSIMO DI FORZE* = Tyronum Magister pag. 63. §. 80. *Il Sabato antecedente alla Domenica delle Palme &c. per LA PERDITA che aveva fatto DI TUTTE LE FORZE, io credeva che la notte istessa avesse DOVUTO MANCAR DI VITA, per cui io stiedi sempre vigilante sino alle sette di quella notte*. Itaque eum ob virium defectum in phthysim prolapsurum auctor est Dieremboerkius. Et sane educere per tussim qui poterat ob summam debilitatem sanguinem in pulmone coacervatum? Advertunt *Svvietenus, Bennettus, Hoffmannus, Jacotius* apud *Holler* in Prima *Resp. pag.* 151. §. 358.

97 Tibicen iterum cantilenas tuba canebat, & Carolus del Vecchio in suo doloris lectulo jacebat = *con timore di buttar nuovo sangue* = *con respiro stentato, ed affannoso* = *segli era avanzato al maggior segno la difficoltà del respiro* = *la tosse esacerbata al maggior segno* = *gran dolore aumentatosi* = *non poteva neppur respirare per il gran dolore che sentiva nel petto* = *abbattutissimo di forze* = *parlar non poteva* = Hinc versabatur = *in agonia di morte mostrava fra breve esalar l' Anima, si sentiva alle fauci della morte, ambascioso, e mesto*. Verbo: pronunciat Medicus quod erat *a mal partito, ne sapendo più che fare umanamente per guarirlo* (Summar. pag. 51. §. 2. & seqq. pag. 53. §. 19., pag. 55. §. 27. & seq. pag. 56. §. 39. pag. 58. §. 49. pag. 59. §. 54. pag. 60. §. 62. & seq. pag. 62. §. 70.)

98 Tristissimo in hoc rerum suarum, vitæque discrimine misellus versabatur *del Vecchio* mane Feriæ IV. majoris hebdomadæ, cum *nell' ultima disperazione il Maestro de' Novizj mi applicò sopra il petto detto quadretto* imaginis V. Ligorii; Sum. pag. 53., & 6. *post* §. 5. Dictu mirum! *applicando detto Quadretto, e Capelli*

del

del Servo di Dio all' istante NON INTESI PIU' MALE ALCUNO , *e tanto* VALIDO DI SALUTE , *che io stesso mi vidi confuso , non sapendo se fosse vero , o nò quello ch' era succeduto; al fatto istantaneamente accaduto tanto restai sorpreso , che non ebbi neppur animo di dirlo al Maestro de' Novizi . . . .* LA FORZA ERA SI' GRANDE *che mi era venuta &c.* & pag.53.§.18.= *Pieno di fiducia li dissi : Monsignore s' è di gloria di Dio, e profitto dell' Anima mia io voglio star bene* = FINITE *di dire* DETTE PAROLE IO MI SENTII SANO TOTALMENTE. Et consonat Medicus Summ.*p*.54. §.20. *p*.55, §.29. *p*.57. §.41. aliique omnes *in Prima Resp. p*.137. §.332. Ecquis ad hæc non obstupescet? Ecquis Dei digitum non agnoscet ?

99 Tibicen nescio quamdin vixerit & an & ipse *tabidus* occubuerit , quemadmodum alius a Dieremboerkio sanatus , cujus in actione de II. Miraculo memini ; unum scio hujusmodi historiam concludere Dieremboerkium hacce Sententia : Tibicines, aut herniosos , aut Hæmoptoicos , inde Phthysicos interire ; allato alius Tibicinis exemplo subita vasorum ruptura suffogati; *loc. exadv. cit.* Carolus del Vecchio anno 1802. testatur : *Sino al momento in cui mi trovo &c. che importa il tempo di circa anni quattordici io non ho inteso più male alcuno al petto* ; *e quantunque avessi* FATTE GRAVISSIME FATICHE *di Missioni sino a tirare due volte a fila la Predica grande . . . pure mi sono inteso* SEMPRE VALIDO , E FORTE , *ed alle volte avendomi nei viaggi* PIOVUTO GIORNATE INTIERE SULLE SPALLE , *ed avuto malo ricetto &c.* SEMPRE FORTE , E FORTISSIMO IL PETTO ; *In una parola posso dire essere in me* DIVENUTO DI BRONZO , *di modo che potrei fare qualunque sforzo , e qualunque azione senza timore alcuno , e senza che sentissi minima pena*,& ad hodiernam usque diem optima utitur valetudine . Tam firmam , tam robustam , tamque subito a gracili in anthleticam commutatam corporis habitudinem vel ipse candidus Censor adeo demiratur , ut ob hanc unam Prodigium ad *secundam* Classem demandaret . *Animad.* §. 51. Perennem autem valetudinis perseverantiam veram constituere Miraculi tesseram in Hæmophtisi egregie probat Peritus pro veritate in *suo Voto sup. III. Mir. pag*.30. §.20. *& seq.*

100 Quoniam vero Dieremboerkii doctrina Animadversioni placuit semel , hæc decies repetita placebit . Itaque dabitis hanc veniam PP. AA. ut quosdam hujusce Auctoris *de Haemophthisi* canones excribam , quibus dubitationes aliquas jam primis , novisq. elucubrationibus tum facto , tum præstantiorum salutaris artis Scriptorum Sententiis procul actas , ac modo ab Animadversione prima sua veluti facie redintegratas , objecti ipsius Auctoris Sententiis sublimiorem in auram emandem . Sunt vero hujusmodi .

I. Docet Dieremboerkius in objecto Opere *Hist. VII. de sanguinis sputo in Medicat.* , quod = *Pars primario affecta est Pulmo cum suis vasis , quod patet ex Tussi , & ex Sanguine cum tussi rejecto* . Ergo tussis & extussitus Sanguis non Rheumatis (*Animad.* §.59.) Sed Hæmophthysis certum simptoma est .

II. Idem pro Canone statuit *(ibid.* §.7.) Quod : PER INTERVALLA REDIT SANGUINIS SPUTUM , *quia ubi aperta vasa semel eva-*

evacuata sunt, *tunc nonnihil concidunt*, *itaut rursus* ALIQUO TEMPORE OPUS SIT *antequam Sanguinis copia turgeant*, *quae cum impetu ex iis erumpere possit*, *ea autem data*, & *vasis nonnihil intumescentibus* ITERUM PROFLUIT *Sanguis*. Ergo Sanguis in nostra historia per intervalla impellente tussi, interpollatis vicibus ex ore rejectus quin probet morbum non semper in sua gravitate permansisse (*Animadv.* §. 57. & 58.) mirifice probat veram Hæmopthisim; probatque quietem illam Sanguinis (haud tamen Symptomatum, pectoralis doloris, ferinæ profundæque tussis, dispnoeæ, difficilisque respirationis, quæ semper morbum comitata fuere) non aliunde processisse, quam a naturæ molimine ad novam aggrediendam ipsius Sanguinis eruptionem.

III. Idem Dieremboerkius in eventu sibi proposito *ibid.* §. 8. respondit = *Quod a venae sectione biduum substiterit haemophtisis inde evenit*, *quia per illam Sanguinis eductionem Cor nonnihil debilitatum fuit...sed post duos dies corde rursus fortius pulsante*, *in pulmonum vasculis turgescens facile effluxit*, *imprimis validiore tussis agitatione impulsus*. Ergo si una tantum venæ sectione *biduum* hæmopthisis necessario substitere debuit; miraδ ti Animadversio desinat post trinas venæ sectiones substitisse per triduum *Animad.* §. 59. donec turgescentibus iterum vasculis per validiorem tussim sanguis ad fauces impelleretur. Ita factum; quia = *non ostante* ALTRI SALASSI FINO AL TERZO, *e continuazione di Narcotici* &c. *sino* A TRE VOLTE *diè per la bocca replicati* BOCCONI DI SANGUE; verba sunt Medici Sum. p. 56. §. 38. itaut si prius cruorem excreaverat per sputa = *rasche di vivo sangue* = postea ejecerit *a bocconi*.

IV. Idem denique Dieremboerkius hanc prognosim de Hæmopthisi a vasculorum ruptura pronunciat (ibd. §. 11.) = *Haec affectio* ADMODUM PERICULOSA *existit I. ratione partis affectae*, *quae ad vitam maxime necessaria est* &c. *II. Ratione* DIFFICILIORIS CURATIONIS *quod solutio haec in curando quiete opus habeat*, *quae in parte respiratoria impetrari nequit* &c. *His pensius consideratis magna cum ratione a Benedicto Vici Faventino haec duo prognostica de tali haemophthisi conscripta sunt*. *I. Rejectato sanguine e pulmone cum tussi*, *disrupta* VENA *ipsa* NON SOLIDABITUR NISI MAGNA CUM DIFFICULTATE. *II. Ubi ex vena pulmonis*, *vel pectoris rupta sanguis cum tussi exilierit*, CURATIONEM MOLIRI NON PARUM DIFFICILE EST (pergitque Dieremboerkius) *Ratio est*, *quia* APERTO ALIQUO VASCULO *facile* OBORITUR ULCUS, *ulcus sequitur* PHTHYSIS, *phthysim* MORS. Ergo a vero longe distat hunc morbum non fuisse *vel* insanabilem, *vel* curatu difficilem (*Animad.* §. 60.), quorum alterum satis esse docuit Benedictus XIV. *lib.* 4. *p.* 1. *Cap.* 8. *num.* 2., & *num.* 4. ubi = *Ut constet morbum fuisse gravem*, & *curatu difficilem*, *vel impossibilem exquirendum est Medicorum judicium*, *qui morbi magnitudinem desumere consueverunt*, *vel ex* LÆSÆ PARTIS DIGNITATE, *vel ex vehementia morbi* &c. Hoc Medici, sive Periti Judicium de Hæmophtisi Caroli *del Vecchio* gravi, curatu-

ratuque difficili habemus *in Voto pro veritate super III. Mirac. per tot.*, ac præsertim *a* §.11. *ad* §.16.

101 Quæ manifesta cum sint, haud necesse est facilem morbi curationem a non memorata in Actis Sacramentorum perceptione aucupare; muito minus asserere eorum reticentiam juxta Criticen Canones argumenti positivi vim habere quoties ea quæ reticentur ad rem piurimum pertineant. *Animad.*§.61. Ex opposito enim *locum habet recepta apud Criticos regula*: Qui aliquid tacet, id propterea non negat = *Esto etiam quod id historiae leges exegissent* = verba sunt Storkenau *Instit. logic. part.* 3. *Cap.* 4. §. 224. = Genuesii *de art. Logic. Critic. lib.* 4. *Cap.*2. §. 20. Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.*7. *num.*11. = Reticentiæ autem causam eam satis probabiiem attulimus, quæ ipsa morbi qualitas exhibet; impotentiam scilicet sumendi Viaticum ob violentam assiduamque tussim, cruentæque eruptionis periculum, ut *in Prim. Resp. pag.*141. §.337., & *in Nov. Resp. p.*109. *per tot.* ubi de exhomologesi illud quoque addidimus, accidere potuisse, quod Religiosi Testes ad eam commemorandam non adverterint, cum res esset bis in hebdomada a sua Regula præscripta, propterea que apud eos nec insolita, nec rara, quæ facile menti obvenire solet. Juris enim adagium est = *Factum praesumitur, quod fieri consuevit* = eo vei magis, quod uterque Tyronum Magister vicissim prope infirmum nocturnas habuerunt excubias, quæ ex Ecclesiæ instituto periclitantibus infirmis solent adhiberi *Nov. Resp. p.*110. §.297. = Ceterum cum ad arduum Miracnli subjectum Sacramentorum perceptio non requiratur, quæque ab ea aucupari posset difficilis curationis gravitatisque morbi ideam ac certitudinem ex facto, Scriptorumque Sententiis teneamus, locum habet Juris axioma. *Frustra quaeris, quod intus habes*.

DE SANATIONE

102 Physico instanti celerior nequit excogitari Sanatio. Vix invocato Ligorio = ALL' ISTANTE NON INTESI PIU' MALE ALCUNO, *e tanto valido di salute, che io stesso mi viddi confuso non sapendo se fosse vero, o nò quello ch' era succeduto*; inquit Sanatus Sum. p.53. §.18. = Celerius ergo sanatio evenit, quam ejus perceptio ad mentem pervenerit = *non sapendo se fosse vero, o nò quello ch'era succeduto* = quæ qnidem verba non modo sanationem in istanti accidisse probant, sed eam quoque tam illi placide jucundeque advenisse, ut nullus nerveis organorum fibris motus fu rit impressus, quo interventu fluidi nervei, seu vaporis electrici ad sensorium comune translato, eamdem Sanationem mens perciperet, sibique hujus esset conscia perceptionis, quæ dicitur *sensus*, & *advertentia perceptionis*, juxta Sauvagesium *Nosolog. Class. VI. Nobilit. Ord.*1. §. *Sensatio p.*718. = quod eximiam Sanationis perfectionem patefacit ex iis, quæ perpendit Hallerius *Physiolog. lib.*17. *Sect.*1. §.*IV*.

103 Haec profectò subitam adstruunt sanationem, non lectulus in quo etiam sani jacemus. Nam = *quod ita sanatum est, ut in pristinum statum restitueretur perinde habendum est quasi numquam morbosum fuisset*; verba sunt Textus in *Leg. Quod ita ff.* de

de aedilit. Edict. Satis autem constat ex actis prudentem Medicum, qui Æthiopi mineralis bolum præbuerat *averlo fatto stare PER cautela*, ED ASSICURARMI DEL FATTO *qualche giorno al letto* = Animad. §.62. quia si secuta Sanatio *era effetto della Pillola, secondo l' arte avrebbe dovuto di nuovo comparire almeno leggiermente la tosse, la difficoltà del respiro, ed il dolore* Sum. p.57. §.43. = quod summam Medici prudentiam redolet; *nosse enim oportet non solum vim, & efficaciam medicamentorum, sed etiam tempus intra quod proficere potuerunt*, inquit Bened. XIV. *lib.4. p.1. Cap.8. num.11. in fin.* . Testatur vero idem Medicus quod = *Io sino alle ore 22. in circa stiedi sempre all' osservazione del Paziente, il quale niente si mutò sino a dett' ora, anzi si vide* SEMPRE PIU' RINVIGORITO, ED ALLEGRO *facendomi istanza che voleva rifocillarsi, perchè diceva che stava* DELL' INTUTTO BENE. Redivit in sequentis diei mane ac æque sanum intellexit = *la mattina seguente lo trovai* NEL MEDESIMO STATO SANO *come sopra, cercandomi di nuovo da mangiare*. Cunctavit adhuc, sed *senz' altro soccorso dell' arte* CONTINUO', ED HA CONTINUATO A STAR SANO, E SALVO. His visis prudentissimus Medicus procul amandata omni suspicione de temporaria, & palliativa boli efficacia, cujus vis = *poteva raffrenare per qualche ora il butto del sangue; e* NON ESTINGUERLO (Sum. p.53. §.19. pag. 57. §. 43.) tandem post illam biduanam experientiam judicium suum libere pronunciavit Sum. p.57. §.44. = *Onde* (scilicet a sanationis perseverantia) *Io ho giudicato, e* GIUDICO ESSERE STATO PRODIGIO *del detto suo Servo Alfonso Maria de Liguori*.

104 Quamobrem quæ duæ res ab Animadversione expetuntur §. 62. & 63. eæ ambæ ex Actis patent I. Sanationem non æthiopis vegetabilis efficaciæ, sed V. S. D. invocationi tribuendam. II. Medicamenta, licet adhibita, fuisse tamen inutilia. Primum luculentissime probant, tum judicium Medici curationis eo gravius, quo maturius pronunciatum, tum judicium experientissimi Periti pro veritate in *suo Voto sup. III. Mir. pag.30. §. 19.* ubi æthiopis vegetabilis inefficaciam solido Medicæ artis theoremate confirmat. *Alterum* apprime ex actis constat, in quibus licet legamus curationis Physicum nullis pepercisse medelis *Animad.* §.63. tamen ab eo audimus, quod TUTTO FU IN VANO &c. *Giacchè ostinati i dolori del corpo più si avanzava quello del petto... abbattutissimo di forze con respiro stentato... Non ricevè alcun sollievo ... Il male s' ingiganti &c. sino a trè volte diè per bocca replicati bocconi di sangue*, tandem Feria IV. majoris hebdomadæ, qua sanatio accidit = *lo trovai abbattuto, e per dir cosi* IN AGONIA DI MORTE PER IL TANTO SANGUE BUTTATO DAL PETTO; ex Sum. in *Prim. Resp. p.108. init.* Ea scilicet probatione de medicamentorum inefficacia constat, quam requirit Benedictus XIV. *lib. 4. p. 1. Cap. 8. num. 7.* ibi = *Judicium Medicorum necessarium est &c. ut adhibita medicamenta, si fuerint adhibita, certum sit ea non profuisse*.

105 Quamquam item legamus post repetita pharmaca ternasque venæ sectiones substitisse aliquantulum morbi vim *per tutta la giornata del Lunedi Santo, e notte seguente*; legimus tamen

eam

eam temporariam fuisse, & apparentem, quam morbi vicit acerbitas. Nam *il Martedì Santo fu preso da una* TOSSE *così* VIOLENTA, E CONTINUA, E PROFONDA, CHE INDICAVA UNA PIU' FORTE ROTTURA *delle vene Pulmonali* . . . *con una fiera tosse così veemente, che fu costretto* A BUTTARE DUE BOCCONI DI SANGUE VIVO, E SPUMOSO *&c. e seguitò* TUTTA LA NOTTE A TOSSIRE *senza dar altro sangue con ambascia però tale, e difficoltà di respiro, che si sentiva alle fauci della morte* . . . *Il* MEDICO *&c.* NE FECE CATTIVO PROGNOSTICO *&c. vedendo lo stato dell' Infermo* A MAL PARTITO, NE SAPENDO PIU' CHE FARE UMANAMENTE Sum. pag. 58. §.47. & seq. *exadv.cit.*Quin ergo a medicaminum efficacia cum Benedicto XIV. *lib.4. p.1. Cap.8. num.8.* scribas confingenda non esse inopportune Miracula; cum eodem docto Pontifice potius conclude loc. cit. = SANATIONEM ESSE MIRACULO *& non viribus medicamentorum* ADSCRIBENDAM *si constet medicamenta adhibita non fuisse apta, aut* INUTILIA; idque confirmat *seq. num.11.* exemplo Hoemorroissæ a Divino Redemptore sanatæ, quæ *Marc.5.25. multa perpessa a compluribus Medicis, erogaverat omnia sua, nec quidquam profecerat, sed magis deterius habebat.*

106 Sed jam quæ nonnullorum sapientum Suffragantium oculis hujus Prodigii lucem adhuc reddebat incertam (*Animad.*§.51.) ex disputatis caligo omnis discussa est. Eorum modo justitiæ, doctrinaeque futurum & confidimus,& enixe precamur,ut in declarando Miraculo ceterorum plausibus suos item adjungant. Ita profectò fiet, ut quemadmodum V. Alphonsus ea claritate qua stella differt a stella fulget in Coelis, ita ejus Sanctitas ternario Miraculorum numero a Deo declarata fulgeat in terris.

Quare &c.

Hyacinthus Amicius Advocatus.
Joseph Vincentius Luciani.

REVISA

Aloysius Gardellini Sub-Promotor Fidei.

D E C R E T U M





NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VENERABILIS SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum

SUPER DUBIO

An, & de quibus Miraculis constet in Casu, & ad effectum de quo agitur?

AD Evangelicæ perfectionis formam exactas fuisse Virtutes, quibus VENERABILIS DEI SERVUS ALPHONSUS MARIA DE LIGORIO jugiter operam dederat vel in Congregatione SSmi Redemptoris, quam fundaverat; vel in regendo, alendoque Grege sibi commisso postquam fuit sacris infulis decoratus, vel in postremis vitæ annis, quos, abdicato Episcopatu, apud Suos Nuceriæ Paganorum sibi consulturus transegit, jamdiu SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER PIUS SEPTIMUS declaraverat Decreto lato nonis Maii MDCCCVII. die sacro ASCENSIONI DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. Nec diu cunctandum fuit, ut novum institueretur certamen de Miraculis a Deo VEN. LIGORIO deprecante patratis, quæ signa sunt coelitus data tamquam altera tessera Sanctitatis. Acta enim plures exhibebant admirabiles sanationes a morbis vel omnino, vel pene desperatis, quæ ejusdem precibus acceptæ ferebantur. Ex his a Causæ Postulatoribus tres selectæ fuerunt quæ, ex Apostolicæ Sedis præscripto, rigido examini subiicerentur.

Quamobrem super iisdem sanationibus indicta fuit Congregatio, quam Antepræparatoriam dicimus, cogenda septimo Kalendas Octobris MDCCCIX. Sed quum temporum conditio conventum fieri non permisisset, singuli Consultores suffragia in scriptis tradiderunt Rmo Cardinali Michaeli De Petro, qui supremo Delegati Apostolici munere in Urbe fungebatur. Pacatis deinde rebus, et ad Petri Sedem restituto SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO instauratum fuit examen in Præparatorio Consessu habito in Palatio Apostolico Quirinali pridie Kalendas Martii hujus Anni MDCCCXV. Nil erat reliquum nisi, ut Generalis haberetur Coetus coram SANCTITATE SUA, qui convocatus fuit in eodem Palatio Apostolico Quirinali nonis Septembris ejusdem Anni. Sed quamvis proposito per Rmum Cardinalem Matthæum Sac. Collegii Decanum loco Rmi Cardinalis Caracciolo Relatoris absentis, dubio: *An, et de quibus Miraculis constet in casu, et ad effectum de quo agitur?* tam Rmi Cardinales, quam Consultores de duobus constare unanimi consensione dixissent, SANCTISSIMUS tamen DOMINUS NOSTER, nihil decernere voluit, ut interim fervidas preces ad Deum porrigeret, qui sui luminis abundantiam in tam gravi Ecclesiæ negotio decernendo sibi elargiri dignaretur.

Cum autem ea advenerit dies, in qua nunc primum, ejusdem SANCTITATIS SUÆ jussu, per totum Catholicum Orbem solemnis memoria recolitur *B. M. V. cujus animam in passione FILII SUI REDEMPTORIS NOSTRI gladius pertransivit*; non amplius differendum duxit: sed mente recogitans VEN. ALPHONSUM DE LIGORIO, ob intimum devoti Animi affectum, quo in DEIPARAM ferebatur, omne contulisse studium ut voce, scriptis, exemplo Fidelium pietas in VIRGINEM dolore transfixam excitaretur; hanc esse diem censuit, in qua de Miraculis a D. O. M. sui fidelis Servi intercessione patratis, demum pronunciaret.

Itaque accitis ad Palatium Apostolicum Quirinale Rmis Cardinalibus Matthæjo S. Collegii Decano, loco Rmi Caracciolo Causæ Relatoris absentis, et de Somalia Suo in Urbe Vicario, Sacrorumque Rituum Congregationi Præfecto, nec non R. P. Andrea Cavalli S. Fidei Promotore, meque Thoma Riario ejusdem Congregationis Prothonotario loco R. P. de Carpineo Secretarii, post Sacrificium domestico in Sacello religiosissime oblatum, divino iterum implorato præsidio SANCTITAS SUA statuit, atque decrevit ex tribus propositis Miraculis constare de Primo in Secundo genere, nimirum: *Subita, perfectaque sanationis mammillæ, ob ulcus gangranosum magna ex parte pridie abscissæ Magdalenæ de Nunzio, cum deperditæ substantiæ redintegratione*: De Secundo videlicet: *Instantaneæ perfectæque Sanationis P. Francisci ab Octajano Ord. Minor. Reformator. S. Francisci a phthysi pulmonali, confirmatoque marasmo, viribus illico restitutis*, pariter in secundo genere.

Atque hoc Decretum publici juris fieri, et in Acta Sacr. Rituum Congregationis referri mandavit XV. Kal. Octobris MDCCCXV.

JULIUS MARIA Card. Episcopus Tusculanus DE SOMALIA Vic. Gen. S.R.C. Præfectus &c.

Loco ✠ Sigilli

Pro R.P.D. Julio de Carpineo S.R.C. Secretario: Aloysius Gardellini S.R.C. Assessor

ROMÆ Ex Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ MDCCCXV.

D E C R E T U M







NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

V E N E R A B I L I S S E R V I D E I

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum

S U P E R D U B I O

An stante approbatione Virtutum, ac duorum Miraculorum, tuto procedi possit ad ejusdem Ven. Servi Dei Beatificationem.

Omnipotens Dei sermo, qui vocat stellas, ut in militantis Ecclesiæ firmamento splendeant, VENM SERVUM SUUM ALPHONSUM MARIA DE LIGORIO vocavit, ut Apostolicarum virtutum luce coruscaret. Divinæ ille voci respondit, & Apostolo dignas virtutes quasi jubar emisit, sive cum mundanos honores contempsit, sive cum & voce, & scripto in media Sæculi nocte errantibus viam ostendit, qua eruti de potestate tenebrarum transire possent in Dei Lumen, & Regnum; sive cum Discipulos, quos a Redemptore Sanctissimo nominatos voluit, optimis instituit disciplinis; sive cum Episcopus factus, fortitudinem cum lenitate conjunctam, & reliquum virtutum ornatum quasi cælestes gemmas suo infixit diademati.

Ac tali tantoque Viro Beatorum honores per hæc tempora parari comodè Ecclesiæ Dei, feliciterque videtur contingere; nempe ut hinc intelligant qui nobiscum non sunt, mutari, & concidere tempora ac ætates posse, mutari, atque obrui Ecclesiam Christi non posse, nec restinctum esse, aut languere majorum nostrorum spiritum, nec ullo tempore senescere Christi Sponsam; sed vel inter fluxos, ac decidentes sæculi mores perpetua Apostolica juventute, pulcritudineque florere. Sed & intelligent profecto Pastores Animarum, & Divini verbi Præcones, pii quique, & docti Viri, quantum sibi in ALPHONSO MARIA imitando ornamenti ac præsidii constitutum sit.

Cum hujus igitur lucidissimas militantis Ecclesiæ Stellæ virtutes heroicas habendas esse, SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER PIUS PAPA VII. lato Decreto Non. Maii an. MDCCCVII. edixerit, cumque de Miraculis duobus luculentissimis ope Ven. Servi Dei patratis constare XV.Kal.Octobris vertentis anni declaraverit, nihil relictum est aliud, nisi ut de more interrogarentur Sacræ Rituum Congregationis Patres, utrum censerent eumdem tuto Beatorum Ordini adscribi posse. Quod cum IV. Id. hujus mensis coram ipso Pontifice in generali conventu factum sit, illico ad unum omnes assensi sunt.

Verum BEATISSIMUS PATER ne spatium aliquod temporis Divino lumini sibi precibus demerendo deesset, rem distulit ad hodiernum S. Thomæ Apostolo Sacrum diem, accitisque in Apostolicum Quirinale Palatium Reverendissimis Cardinalibus Alexandro Matthæio S. Collegii Decano, loco Rmi Cardinalis Didaci Innaci Caracciolo Causæ Relatoris absentis, & Julio Maria de Somalia suo in Urbe Vicario, Sacrorumque Rituum Congregationi Præfecto, tum etiam R. P. Andrea Cavalli S. Fidei Promotore, meque infrascripto Secretario, post incruentum Sacrificium religiosissime peractum, ritè pronunciavit: *Tuto procedi posse ad Beatificationem Venerabilis Servi Dei ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO.*

Atque hoc Decretum in vulgus edi, & in acta Sacrorum Rituum Congregationis referri, Literasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificatione in Basilica Vaticana quandocumque celebranda conscribi jussit. XII.Kalendas Januarias MDCCCXV.

JULIUS MARIA Card. Episcopus Tusculanus DE SOMALIA Vic. Gen. S.R.C. Præfectus &c.

Loco ✠ Sigilli

J. A. Sala S. R. C. Secretarius.

ROMÆ Ex Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ MDCCCXV.

